HOMERI

ODYSSEAE LIBRI VIII,

Francisco Florido Sabino interprete,

AD FRANCISCVM VALESIVM,
Galliarum Regem Christianissimum.

Lutetiæ apud Vascosanū 1545 cum priuilegio.

FRANCISCO VALESIO GALLIARVM REGI CHRISTIANISSIMO
Franciſcus Floridùs Sabinus S. P. D.

SEmper exiſtimaui, Regum Rex præſtantiſſime, eos homines ſumma laude dignos eſſe, qui ut magis re q̃ nomine cæteris ſe animãtibus præſtitiſſe oſtenderent, fluxum atque umbratile mortalis uitæ ſpacium aliquo immortali opere edito fulcientes, aliquando ſe uixiſſe teſtati ſunt. Cũ enim ſolis hominibus ratione uti poſſe conceſſum ſit: illi certè quibuſuis pecudibus ſtupidiores uideri debent, qui mortali tantùm corpori inſeruientes, ſuum nomen miſerè obſcurare, quàm immortalem animum propoſitis etiam gloriæ præmiis exornare malunt: cũ naturam ipſam etiã in pinguioribus rudium animis nõnullas quærẽdæ apud poſteros (quoad eius fieri poſſit) immortalitatis ſcintillas poſuiſſe, plurimis indiciis cognoſcamus. Verùm cum iis qui opus aliquod uiro dignum perficere conãtur, uaria ſint ad id conſequendũ propoſita: qui certè altiore inter homines animo antecellũt, aut ad ſummos honores, imperiáque in capeſſenda Republica, aut ad doctrinæ ſtudia totis ſe uiribus conferunt. Quorum cum maximè laudandi ſint, qui egregiis operibus illuſtres, plurimum ſibi, ſuis ciuibus, orbíque

profuerunt, dum aut Respublicas prudētēr administrant, aut imperia bellicis artibus proferūt, prolatáue tutātur: summam tamen etiam literarū studiosos laudē promereri par est: tum quòd aliorum res gestas tradunt memoriæ hominū sempiternæ: tum quòd ipsi plurimū per se nobis ad omne uitæ genus expurgandum poliendumq; conferunt. Qua in re nō me latet, uix satis inter doctos constare, quódnam scriptorum genus aliis anteferendū existiment. Cæterùm si rem ipsam propius spectemus, nemo sanè meo iudicio pudenter eam laudem poëtis præcipuè tribuendam esse negauerit. Nam ut omnia diligentius quæramus: siue ex eruditione, quæ magnam nobis affert utilitatem, siue ex uetustate, scriptorū excellētiā metiri uelimus, utrunq; in poëtis longè clarius quàm in aliis enitescere uidemus. Quid enim, obsecro, humanæ uitæ utilius, magisq; expetendum, quàm poëtarum scripta dicere audebimus? cū non modò omnium scientiarum uestigia in iis inueniantur, sed ab iis omnium doctrinarū scaturigines affatim effluxisse nemo sit qui ambigat. nā ea quæ ad instituendos hominū animos pertinēt, in poëtis, ut si usquā in aliis, uberrimè inueniūtur: receptumq; est, nō modò ætate prouectiorum animos, sed etiam puerorum ora, assidua poëtarum lectione esse formāda. Iā quæ ad antiquitatē attinēt, ita per se sunt conspicua, ut longiorem orationē nō desiderent. Enimuero supra Orpheum, Musæum, Hesiodum, Homerumq;,

merũq;, nullos in literis, modò paulo excelletiores (Hebræos tãtùm excipio) floruisse uidebimus, cũ ipsi potius primi uitam hominũ nõ mediocriter illustrarint, uel hoc ipso quauis admiratione maiores, quòd ab ipsis statim poëticæ initiis in ea eminẽtissimi fuerint. Itaq; quo tempore Orpheus inter homines excellere cœpit, & sacrificia nobis primus ostẽdit, & à cædibus abstinendum esse docuit. Musæus elegãtissimis carminibus morborum nobis curationes, oraculaq; dedit. Hesiodus terræ culturã, fructuũ tẽpora, arationésq; diuinis carminibus cõplexus est. Homerus quoq;, iis longè melior, ex eo immortalẽ gloriã est consecutus, quòd bona utiliaq; docuit, heroũ uirtutes, militarisque disciplinæ peritiam, ac omniũ ferè quæ in uita humana accidere possunt, exẽpla quodã quasi oraculo nobis ostẽdẽs: quasi peculiare sit poëtarũ, præclara mortalibus documẽta cũ singulari poëmatũ elegãtia suppeditare: quod & uerissimè Aristophanes in Ranis testatur. Quocirca cum tantum fructus ex poëtarũ lectione percipi uideamus, quis neget eorum scripta assiduè esse manibus terẽda? quis autem non ex iis optimũ quenque esse deligendum affirmet? His de causis cum & ipse inter bonarum literarum candidatos iandiu nomen dederim, earumq; initia à poëtis pro mei ingenii captu hauserim, tantam me in eis excellentiam inuenisse fateor, ut etiam ad maturiorẽ ætatem prouectus, ab assidua illorum lectione diduci nullo mo-

do potuerim. Quo in negocio cũ duos mihi præcipuos, Homerum ac Virgilium, quasi duces proposuerim: (hi enim reliquos omnes tam Græcos q̃ Latinos poëtas lõgo post se interuallo reliquerũt) sicut eorũ utrũq; à doctis omnibus miris ad cœlum laudibus extolli summopere gaudeo, ita non parum dolet mihi, longè disparẽ esse nostris temporibus utriusq; fortunã. Cũ enim græcæ latinæq; literæ in uniuersis ferme Europæ partibus quæ Turcarum imperio non accesserunt, mirificè floreãt, Virgiliiq; scripta in omniũ ore sint, omnium manibus terantur: Homerum pauci ferè, neque ut tantum poëtã decet, attingere audẽt, nempe quòd minor sit (ut arbitror) eorum copia, qui Græcis, q̃ eorũ qui Latinis literis sunt imbuti. quo fit ut in tanto bonarũ literarum prouentu, ueheméter doleam, Homerum, à quo ceu perẽni fonte, ut inquit Ouidius, poëtarũ ora Pieriis aquis irrigantur, frigidius hominũ manibus cõtrectari. Quamobrem licet minimè dubitem, Homeri gloriam non è mediocriter doctorum, sed ex eruditissimorum (qui pauci semper fuerunt) commendatione, ad summum gradum peruenisse: quoniam tamen nihil eius operibus elegantius, nihil doctius, nihil magis uariũ, ipsiq; rerũ naturæ similius existimo (quæ faciũt ut illius lectione supra modũ oblecter) utrũq; eius poema Latinis carminibus reddere constitui, ut etiã mediocri eruditione præditi, aureas diuini poëtæ sententias, ingeniosaq; figmẽta, occultæ tamen

mẽ doctrinæ referta, mirumq; in cõtexendis operibus artificium percipere ualeant. ex quo & illud fieri cuperem, ut pleriq; meorum carminũ lectione, siquid modò illis elegãs exprimere ualui, tãto Homeri desiderio accẽderẽtur, ut ad ipsum se totos cõferrẽt, ipsa poëtæ mysteria longè melius ex proprio fonte, quàm ex nostræ musæ riuulis hausturi. Cum itaq; Odysseæ manũ primùm admolirer, octo eius libris absolutis, ubi ad Vlyssis narrationũ principium perueni, summã illis manũ imponere, eorumq; lectionem omnibus communicare decreui. In quibus si non pœnitendam me operam collocasse, ex doctorũ iudiciis intelligam, erit cur sperem nostram operam non omnibus in posterum fore inutilem. Cæterùm hosce Homeri libros in lucem daturus, cuinam potius illos, q̃ tibi, Rex præstantissime, nuncuparem, in mentẽ mihi uenire nõ potuit. Nam Rege dignũ opus, quippe regalis tum belli peritiæ, tum summæ in rebus aliis uirtutis & prudentiæ exemplis refertũ, cuinã magis q̃ eximio, omnibúsque uirtutibus ornatissimo Regi, erat inscribendũ? Huc accedit, quòd bonarũ literarum studiis ita es deditus, ut te de iis mirè solicitum, nullis unquam occupationibus ab illis diduci posse animaduerterim. Quamobrem nec mirandum est, si tam singulare in iis iudicium es assecutus, ut nullus sit neque Græcus neque Latinus cuiusuis argumenti scriptor, de quo nõ rectissimè sententiam ferre queas: quod uix pauci in bonis li-

teris à pueritia uersati potuere consequi. Nā Græcis præcipuè literis tam impensè iam inde ab adolescentia fauisti, ut maximum earum seminariū cōtra ineptorum quorundā latratus in Gallia, ob earum studia iam omnibus nationibus suspicienda, tuis auspiciis sit excitatum: atque ut uberiorē doctis Græcorum auctorum copiam suggereres, plurima indidē exemplaria magno impēdio in tuam bibliothecam colligēda curaueris. Qua in re Ptolemæū Philadelphum Aegypti regem, qui & ipse copiosam bibliothecā instruxit, proculdubio uicisti. Quod enim ille integris adhuc, nullámque ruinam passis auctoribus, facilè præstare potuit: maiore ipse tum sumptu tum etiam industria perfecisti: hoc quoque nomine illi citra cōtrouersiam anteferēdus, quòd quæ ille in paucorum usum, & eorum tantùm qui Aegyptum inuiserēt, collegerat: uniuersis ipse & ubicūq; uiuentibus impartiri conaris, dū Gręcis typis (quibus nihil unq̄ in eo genere pulchrius, nihil elegātius, nihil deniq; absolutius uisum esse censeo) tuo iussu formatis, tot summorū hominū labores in lucē prodire cœperunt. Quo nomine plurimum tibi debet Eusebius Cæsariensis: qui cū per multa secula exul ac penè uetustate absumptus delituisset, nunc demum te iubente inuulgatus, per doctorū ora cū magna tua laude passim uolitat. Quod ut in reliquis efficias, tot excellentes auctores in tuo Musæo rediuiui, summis à te precibus cōtēdūt, si modò (quod aiūt)

currenti

currenti calcaria addere par est, ac non potius eam tibi laudem peculiari quodã modo uindicare cõtendis. Quanuis enim reliquos qui ante te uixerũt Galliæ Reges, bellicis laudibus ita excellas, ut plura propè ipse bella gesseris, quàm illi audiuerint: ut tamen illi in aliquam eius gloriæ partem sint referendi, hæc sanè tua in bonas literas, eorumq; professores officia, te unum ornant, tibi uni sempiternum decus pariunt. Quocirca si in tuas laudes diffusius tot nominibus impulsus progredi niterer, uerendum mihi esset, ne in eum campum pedem inferrem, in quo difficilius sit orationis exitum q̃ principium inuenire: cum non tantùm ob ea quæ diximus, te ita conspicuum reddideris, sed omnia quæ uel mediocris fortunæ homines cognosse par sit, exactissimè teneas: & quod in maximo Rege uix per coniecturam quæras, ille mihi πολύτροπος uideare, quem Homerus hoc in opere effingit. Quæ ne quis aurita fide à me dici existimet, nõ sine magna animi delectatione frequẽtissimè mihi coràm uidere contigit, postquã à Paulo III summo Põtifice (Quo nihil maius meliúsue terris Fata donauere, boníque diui) Horatii Farnesii eius nepotis summæ spei pueri μύθων ῥητὴρ in tuam aulam missus fui. quod cum magnæ mihi felicitati cessisse existimem, nõ me omnino operam lusisse arbitrabor, si has laborum meorum in uertendo Homero primitias, hilari uultu acceperis. nam & ad reliqua uertẽda me magis ac magis accendes, & onere nõ

paruo leuabis, si magnæ difficultatis opus aggressum, tuo (quod plurimi facio) iudicio, tuáque auctoritate probatum, contra malignorum inuidiam calumniásque longè audentiorem magísque confirmatum reddideris. Vale.

ARGVMENTA IN OCTO *sequentes Homeri Odyssea libros, Francisco Florido Sabino auctore.*

ARG. PRIMI LIBRI.

C *oncilium rector Superûm uocat, atque hominum* Rex
S *idercam in sedem, tandem ut* Laërtius *heros*
I *n patriam lætus remearet ab æde* Calypsûs,
M *issus ab* Ogygia. *post quæ* Tritonia Pallas
T *elemachum uisura,* Ithacam *descendit in altam,*
O *ra ducis referens* Taphiorum Cæsia Mentæ.
C *um multa inter se uario sermone dedissent,*
D *iua monet iuuenem, genitoris ut aspera fata*
N *osse queat,* Pylon *accedens ad* Nestora *primùm,*
D *ein* Spartam *ad flauo* Menelaum *crine uehatur.*
I *psa deam sese ostendens discedit, & inde*
L *æta proci celebrant altis conuiuia tectis.*

SECVNDI.

A *urora at currus ubi protulit orta rubentes,*
C *oncilium indicens generoso cretus* Vlysse,
C *ollectis* Ithacæ *populis non pauca profatur.*
I *mperat inde procis,* Laërtæ *ut limine pulchro*
E *gressi, cœnas alias mensasque requirant.*
I *nde deæ monitis, quæ pectore fixa tenebat,*
I *n* Pylon *ire parans* Spartámque, *uiatica largè*
A *ccipit: illa dedit nanque* Euryclia *petenti.*

Hic olli celerémque ratem sociósque parauit
Mentora uocc pium referens & corpore Pallas:
Qua demum iuuenis comitante, ab littore puppim
Soluit, in occiduas cum Sol se immergeret undas.

TERTII.

Ast ubi Sol oriens pelagi stagna alta reliquit,
Telemachum, toruóque timendam Pallada uultu
In Pylon aduectos longæuus Nestor amico
Excipit hospitio. tum narrat atrocia Graiûm
Dissidia, & uarios redeuntum denique casus.
Edoctúsque proci quæ facta iniusta patrarent
Laërtæ in tectis, abeuntem & Pallada noscens,
Sacra deæ peragit: post quæ generatus Vlysse
Conscendit currum, comes & Pisistratus olli
Nestore progenitus, claram ut Lacedæmona uisant.
Cúmque superueniens ijs nox offunderet alas,
Deueniunt Pheras, celebrésque Diodis ad ædes.

QVARTI.

Hinc Spartam clari iuuenes tenuere beatam:
Quos grato hospitio fouit Menelaus: & olli
Telemachus narrat crudelia facta procorum.
Hîc minor Atrides iuueni sua damna recenset,
Quæ rediens hausit: Protei responsáque uatis
Subdit eis: per quæ fratris cognouit acerbum
Interitum:

I nteritum: auricomæ detentum inque æde Calypsûs
L aërte genitum. prolem patientis Vlyssi
P erdere deinde proci statuunt. at Cæsia mæstam
P enelopen nati discessu, altóque sopore
S olatur domitam, fingens simulacra sororis
I llius, Iphthimæ, Icario genitore creatæ.

QVINTI.

N umina concilio Superûm statuêre secundo
L aërte genitum dimittere ab æde Calypsûs.
P roinde ea iussurus nymphæ Cyllenius altam
I uit in Ogygiam, mandatáque rite peregit:
Q uæ perfecta dedit, quanuis inuita, Calypso.
O ctaua ac decima Neptunus luce, creatum
L aërte aspiciens pelagus sulcare, carinam
I mpetit iratus, medijsque abscindit in undis.
H eroï hîc uittas Cadmo sata præbuit Ino,
H ásque sibi rursus seruatum ex æquore mandat
R eddere proiectas retro: queis fretus Vlysses,
P hæacum celebres euadit tutus in oras.

SEXTI.

Ae rumnis igitur domitus Laërtius heros,
L anguida prædulci recreabat membra sopore:
A tque huic prospiciens glauco dea lumine torua,
N ausicaam Alcinoi sobolem sub nocte profunda,

R emigis eximij natæ aßimilata Dymantis,
I mplicitam somno monuit, uicina fluenta
V t peteret, uestésque lauaret sorde rigentes:
N anque olli instabant hymenæi. Regia uirgo
Q uæ peragit: ludensque pilam clamore secutas
T rans famulas iaciens, generosum exciuit Vlyssem:
Q ui supplex, illa uestes præbente, cibúmque,
A ccipit: inque urbem demum duce pergit eadem.

SEPTIMI.

N ausicaam interea uelox deduxit in urbem
C urrus, & in patrias uirgo se condidit ædes.
A t Laërtiades post illam haud multa moratus,
I nclyta Phæacum peruênit ad atria Regis.
V xorem Alcinoi supplex dein uoce precatur
A retem, ut patrias se puppe remittat in oras.
H eroëmque epulis pôst Rex excepit: eúmque,
C uius dona ferat, quo tectus adesset, amictum,
D um rogat Arete (agnouit nanque ilicet artis
I llud opus propriæ) Reginæ narrat Vlysses
Q uæ passus fuerat dum per mare curreret, ex quo
L iquerat Ogygiam, Phæacum eiectus in agros.

OCTAVI.

P ostera cum cælo se lux ostendit ab alto,
C onueniunt claro super hospite consulturi

Phæaces:

P haeaces.cupido reditúsque paratur Vlyssi.
E xcipit hîc epulis proceres Rex optimus, inde
P haeacas disco superat Laërtius heros:
P ost quae Demodocus canit ollis carmina uates
P ulchra super Veneris formosae ac Martis amore.
D uratei subiungit equi dehinc ordine molem,
P allade quem monstrante dolum construxit Epëus.
Q uae postquam accipiens lachrymis maesta ora rigabat
L aërte genitus, rogitat Rex inclytus illum
Q uis sit, queis patribus genitus, quibus ortus in oris.

HOMERI ODYSSEAE LIBER PRIMVS,

Francisco Florido Sabino interprete,

AD FRANCISCVM VALESIVM GALLIARVM REGEM.

EXpertum dic multa uirum mihi Musa, labores
Qui tulit errando uarios post eruta Troiæ
Mœnia: qui mores multorum uidit & urbes,
Horrendosque maris fluctus, animique procellas
Sustinuit, sibi dum reditum socijsque pararet,
Quos Stygijs, optans licet, haud seruauit ab undis:
Quandoquidem stulti sibi causa fuere malorum:
Nam uetitas edêre boues Hyperionis, uno
Qui reditum hoc illis iratus nomine ademit.
Hæc nobis, qua parte lubet, Ioue nata referto.
IAM *reliqui, quoscunque auidus non hauserat orcus,*
In sua post longos bellique marisque labores
Condiderant se tecta: sed hunc ueneranda Calypso
Et sponsæ & proprij cupidum laris, una tenebat
In specubus uastis, cupiens retinere maritum.
Verùm ubi post multos Phœbëi sideris orbes

T *empus erat,reditum quo iam pater optimus olli*
I *n patriam annuerat,neque tum certamina fugit*
I *nter amicorum cœtus:miſerata ſed illum*
C *uncta cohors ſuperûm eſt:quanuis maris arbiter,iræ*
I *mmodicus,patria hunc uellet prohibere cupita:*
Q *ui tunc Aethiopum longinquas uiſerat oras,*
Q *uos hominum extremos,duplicíque in parte locatos,*
S *ol partim aduceniens cernit,partimque recedens:*
M *ulto ut gauderet taurorum ouiumque cruore.*
H *ic igitur lætis celebrans conuiuia tectis*
T *unc erat:aſt alij Iouis intra tecta frequentes:*
F *arier in quibus hæc Saturnius incipit illis:*
N *anque Thyeſtei repetens miſerabile nati*
F *unus,ab eximio qui nuper Oreſte petitus*
O *cciderat,tales deprompſit pectore uoces:*
Prò ſcelus,ut damno mortalibus eſſe uidemur!
V *t falſo à nobis mala cuncta uenire loquuntur!*
I *pſos cum præter fatum quæſita ſequantur*
D *amna:Agamemnoniam ueluti ſine numine ſponſam*
D *um tenet Aegiſtus,redeuntem obtruncat iniqua*
F *raude uirum durus.ſed enim Cyllenius illum*
A *dmonuit,quem nos cælo demiſimus alto,*
N *e ſcelus id ſtrueret,ſponſámue teneret adulter:*
Q *uòd metuendus ei pòſt impendêret Oreſtes,*
C *um foret in patriam redeunti robur ab annis.*
R *ettulit hæc illi Cyllenius:ille monentis*
O *mine contempto pœnas dedit uſque,ſupérque.*
Reddidit has illi Pallas tum cæſia uoces:
O *pater,ô diuûm rector Saturnia proles,*

Non

Non illum immeritò quisquam cecidisse putabit:
Sicque alius pereat, qui talia cunque patrarit.
Me Laertiadæ potius sors dura quietam
Commouet, à charis quem nunc disiungit amicis
Insula quæ medium spectat circumflua pontum,
Insula nec syluæ nec nobilis indiga tecti,
Quo se Atlante tenet sata, magno Atlante, profundos
Qui maris anfractus nouit, geminasque columnas
Sustinet, inuictum columen terræque polique.
Hoc generata tenet mæstum, propriásque gementem
Fortunas: uerbis quanquam prædulcibus illum
Post Ithacæ ut ponat curam, lenire laboret.
Is uerò patriæ fumum modò cernat amatæ,
Mortem orat. cur non igitur tua dura mouentur
Corda? nec afflictum miseraris? nónne frequenter
Ara tibi illius fumauit munere grato
Ad Troiam? quæ causa odij pater optime tanti?
Sic dea. sic nubes inducens Iuppiter olli:
O mea progenies, nam cur tam dura locuta es?
Quo pacto egregij sic obliuiscar Vlyßis,
Humanum qui mente genus præcellit, & idem
Plurima sacra dedit summo gaudentibus axe?
Frater eum terram complectens durius urget,
Feruidus ob charum Polyphemo lumen ademptum:
Quem nobis uirtute parem, uirtute minores
Præstantem experti Cyclopes, quemque Thoosa
Phorcynis soboles pelagi rectoris, in antris
Mixta cauis forti natum edidit Ennosigæo.
Tempore iam ex illo frater non perdit Vlyssem,

Aſt illum à patria tantùm diducit amata.
Nunc agite optatum reditum iam numine noſtro
Obtineat tandem: neque enim Neptunus in iras
Perpetuus fuerit: neque ſi uolet eſſe, ualebit
Vnus cuncta deûm confringere numina frater.
His dictis glauco Tritonia lumine Pallas
Excipit: O diuûm genitor, rex maxime regum,
Si libeat ſuperis Laërte poſſe creatum
In patrios remeare lares, Cyllenius alas
Sumat, Ariſtorides cecidit quo uindice, & altam
Ogygiam noſtro iuſſu petat, ocyus atque
Auricomæ id referat nymphæ, quod certa deorum
De reditu miſeri ſententia cenſet Vlyßis.
Ipſa ego nunc Ithacámque petam, natóque potentes
Illius adijciam ſtimulos, animósque uiriles,
Conuocet ut Graios promiſſo crine decoros,
Atque procis interdicat conuiuia promptus
Quæ bobus celebrant, alieno & ſemper ouili.
Tum duce me Spartam ſe conferet uſque beatam,
Littoreámque Pylon, reditum ſi fortè paternum
Noſſe queat, celebrísque ſibi ſit nominis auctor.
Hæc effata, pedum Pallas ſibi uincula nectit
Aurea: quæ ſublimem alis ſiue æquora ſupra
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.
Haſtam deinde manu ualidam deſumit, acuto
Aere grauem, heroum qua diſijcit ampla uirorum
Agmina, queis claro ſuccenſuit orta parente.
Sic ornata polo deſcendit Pallas ab alto.
Iamque Ithacæ in populo clari prope limen Vlyßis

V estibulo adstiterat, grauis hastæ robore nixa,
O ra ducis referens Taphiorum Cæsia Mentæ:
I nnumerósque procos in limine comperit amplo,
T essera quorum animos mulcebat fortè sedentes
P ellibus ijsce boum, duri quos antè necarant.
P ræcones autem fidos, promptosque ministros
C ernere erat lymphas properare, & munera Bacchi:
M ultorúmque manus, inerat queis spongia, mensas
T ergêre, & carnes præbere sedentibus assas.
P rimus eam uidit uersuto cretus Vlysse
T elemachus, medio mœstus qui fortè procorum
A gmine, de reditu uoluebat mente parentis,
S i meritas caperet scelerato à sanguine pœnas,
I pse domusque suæ uindex, dominusque suorum.
T alia corde puer dum uoluit, Pallada cernit,
V estibulumque, procos linquens, iratus adiuit,
H ospitis ante fores curam quòd multa morati
S usciperet nullus: dextram tum prendit, & hastam:
P rompsit & è grato uelocia pectore uerba:
O, salue: læto huc uultu accipiere profectus:
C œnatus posthac referes quorum indigus adsis.
Hæc fatus, diuam præcessit: at illa secuta est.
A tque ubi nobilibus iam se penetralibus ambo
C ondiderant, hastam longæ applicat ipse columnæ
T elemachus, pulchro nimirum tegmine septam,
T ela ubi diuini pendebant multa parentis.
A st ipsam iussit residere tapetibus altis,
D epictis, uarijs. pedibus tum fulcra ministrat:
H inc sellam apponit præclaram, auidoque procorum

A gmine disiunctam, ne quam hospes fortè tumultus
T ristitiam capiens, cœnam execratus abiret,
S citaríque patris reditum ut bene posset Vlyßis.
H inc manibus lymphas ancilla dat. aureus olli
G uttus, eratque lebes argenteus. inde decentem
A pposuit mensam: mox & cerealia dona
P roma ferens, gratæ cumulauit munera mensæ,
A ddens multa hilari lautißima fercula uultu.
T unc alius lances dissectis carnibus auget.
P ocula cumque forent illis simul aurea præstò,
P ræco ea liquenti complebat sæpe Lyæo.
P ost hæc aula procos accepit lata superbos:
O rdine qui cuncti petiere sedilia nota.
H is quoque præcones undam infudere parati,
A tque amplis famulæ panem apposuere canistris:
E t pueri è plenis capientes fercula mensis,
C ratêras magnos statuunt, & uina coronant.
P ostquam exempta fames epulis, mensæque remotæ,
N ulla grauis iuuenes uersabat cura procaces,
S ed choreæ & cantus, cœnæ suprema uoluptas.
P hemius iccirco citharam præcone ministro
P orrectam accipiens, iucundo carmine lusit
A nte procos, illis quamuis inuitus adesset:
C um iuuenis tali est affatus uoce Mineruam,
N éue quis acciperet, caput auribus admouet eius.
Dicam equidem, licet hæcce tibi non grata putarem,
H is citharæ cantusq; , ut cernis, grata uidentur:
N anque impunè uiri domibusque opibusque fruuntur,
A ethereis cuius putruerunt imbribus ossa,

Siue

Siue ea terra tenet, seu uersat in æquore fluctus.
Quòd si illum patriæ repetentem littora terræ
Aspicerent, mallent leuitate lacessere uentos,
Quàm innumeras uestes atque auri ferre talenta.
Verùm is iandudum perijt malè, nullaque nobis
Spes superest: non si uenturum quilibet illum
Mortalis referat. nanque atris occubat umbris.
Nunc age uera mihi refer. ecquis, & unde uirorum
Huc ades? & patriæ dic nomen: dicque parentum:
Quaque rate aduectus. post hæc effare, quibus te
Credideris nautis, quibus in regionibus ortis.
Nulla etenim huc pedibus te peruia semita duxit.
Vera mihi, ut rectè norim, tu singula narra.
An'ne recens, an tu potius fortasse paternus
Hospes ades? patuit quoniam uenientibus ædes
Hæc alijs, cum queis uersari norat Vlysses.
Hæc ille: hæc iuueni respondit casta uirgo:
Singula, ne dubita, certissima proloquar hospes.
Anchialo Mentes dicor genitore creatus,
Imperitans Taphijs remi gaudentibus usu.
Aduexere rates huc me socijque uolentem,
Dum peto diuersos populos, maria aspera sulcans,
Ad Temesin ferrumque uehens, æra unde reportem.
Puppis agrum iuxta mihi nuper ab urbe relicta est,
Portus ubi spectat nemorosa cacumina Neij
Rhetrus. ob hospitij iunctus tibi iura paterni
Iampridem aduenio. Laërtem testor & ipsum,
Vrbe procul duram memorant quem degere uitam,
Semoto & corpus cruciare laboribus agro,

Præsidio ancillæ,quæ uictum præparet una,
Approperet'que seni,tunc quum cœpere laborum
Tædia uineti reptantem ad fertilis antes.
Nunc ueni,quòd abesse diu iam fama parētem
Certa tuum narrat,reditu quem numina fraudant.
Viuus enim æthereа uesci non desiit aura:
Sed multo in populo circumflua detinet illum
Insula,difficilis populi nimis aspera mater,
Qui reditu inuitum prohibet prædurus Vlyssem.
At tibi fata canam,quæ me monuere potentes
Cælicolæ,paucis'que reor uentura diebus:
Ipse neque aut uates,aut clari nominis augur.
Iam non dilecta à patria tuus inclytus ille
Multum aberit genitor,cohiberent uincula quem non
Ferrea,quin reditum sibi iam molirier ausit.
Interea mihi uera refer,quæcunque rogabo.
An'ne patrem tantùs,dic oro,agnoscis Vlyssem,
Cum capite atque oculis uideare simillimus olli?
Nam fuit is sociæ iunctus mihi munere uitæ,
Ardua cum ad Troiæ *ueheretur mœnia,cuius*
Nauibus excidium petijt quoque Graia *iuuentus.*
Ex illo non est mihi tempore uisus Vlysses.
Hæc effata dea est:iuuenis cui talia reddit:
Cuncta scies,libuit tibi quæ scitarier hospes.
Me mater genitore satum mea narrat Vlysse:
Id tamen haud noui:nec quenquam nosse parentem
Credam posse suum:uellem tamen esse creatus
Hoc patre,qui proprijs tutus senuisset in agris.
Nunc secus euēnit:me nanque miserrimus unus

Cunctorum

Cunctorum genuit: quandò hoc tibi poscere uisum.
Pallas ad hæc tales respondit cæsia uoces:
Non sobolem à diuis ætas uentura pudendam
Hanc capiet, tali genitrix quum prole superbit.
Tu tamen ipse refer, quænam hæc conuiuia? quinam
Conuentus? hæc an facias fortasse coactus?
Symbolum abest. igitur conuiuia? sunt ne hymenæi?
Digni etenim quorum Nemesis succenseat ausis.
Deturpant cœnas. nam quis tam lenis adesset,
Quin ea cordatus uultu insequeretur iniquo?
Tunc hæc Telemachus prompta uice reddidit olli,
Quandoquidem uerbis hospes scrutaris amicis,
Debuerant nostras ædes pia numina diuûm
Immunes seruare, pater dum charus adesset:
Nunc illis pariter nos nostráque perdere uisum.
Nanque alios supra, ignotum fecere uolentes,
Quò minor extincto premeret me causa doloris,
Si tantùm Troiæ muros cecidisset ad altos,
Seu sociûm in manibus transacto tempore belli.
Sic etenim à claris tumulum sortitus Achiuis,
Me quoque non parua liquisset laude decorum.
Nunc illum Harpyiæ obscurum rapuere, peritque
Ignotus, mihi causa mali non parua: nec ergo
Eius in assiduo tantùm mihi uiuere luctu
Contigit: imò alio cumularunt fata dolore.
Quotquot enim iuuenes primos nemorosa Zacynthos
Dulichiúmque Saméque tulit, quotque ardua nutrit
Insula rectores uasto hæc circundata ponto,
Penelopes poscunt thalamos, mea cuncta uorantes.

Illa autem sua nec cuiquam connubia firmat,
Nec negat: interea penitus mihi resque domúsque
Dispérit: insidiásque mihi molirier audent.
Tunc iuuenis sortem Pallas miserata profatur:
Mœsta suum dudum exoptant hæc atria regem,
Vindice quo pereant digno agmina sæua procorum.
Qui proprio rediens si limine fortis adesset,
Horrendus clypeo, galeáque, hastisque duabus,
Si qualis primæ uersari tempore mecum
Cœpit amicitiæ, conuiuia nostra frequentans,
Tempore quo rediens Ephyra, diuertit ab Ilo
Mermeride in nostras ædes. nam nauibus illuc
Vectus erat quærens lethalia pharmaca, ut illis
Tingeret electo fulgentes ære sagittas.
Cumque deos Ilus ueritus, quæsita negasset,
Iure sodalitij genitor meus illa petenti
Tradidit. is talis si tantus & afferet, omnes
Hos raperet uelox fatum, tristésque hymenæi.
At quia diuino pendent hæc omnia nutu,
An nunc procos rediens obtruncet limine uestro,
Tu cape dicta memor nunc me generose iubente:
Qua ratione procos ualeas his pellere tectis,
Tecum age: iamque meis sermonibus imbue mentem.
Concilium Graijs indic ubi crastina primum
Se lux extulerit. diuis tum testibus omnes
In sua quenque procos uerbis remeare iubeto.
At matri illorum cuiuis nupsisse paratæ,
Dic repetat patriósque lares, ædésque beatas,
In quibus optatos poterunt celebrare hymenæos,

Munera

M unera quæ tali sint nomine digna, parantes.
T e quoque, si credes quicquam mihi, recta monebo.
B is denis agilem remis tibi delige puppem,
Q ua cognosse aliquid ualeas de patre profectus,
S iue ferant homines, siue id tibi fama renarret
A b Ioue, mortales celebri quæ laude coronat.
I pse Pylon primùm pete. Nestora consule primum:
D ein Spartam, & flauo Menelaum crine decorum:
H ic postremus enim rediit de gente Pelasga.
V iuere si patrem, si noris posse reuerti,
Q uanlibet afflictus uenientem perfer in annum.
S in mortem oppetiit fato uexatus acerbo:
I n patriam rediens, defuncto redde parenti
I usta pius, tumulíque sacrum ne differ honorem,
V t decet: inde uiro matrem coniunge uolentem.
Q uæ perfecta tibi fuerint ubi singula, mentem
T unc adhibe, adq́ue procos animum conuerte superbos,
Q ui ualeas propriis arcere penatibus omnes,
S iue dolo perimis, ui siue occidis aperta.
N anque decent primis egressum seria lustris.
A n'ne latet clari facinus te nobile Orestis?
Q ua fama uiget, ad tumulum quòd sponte paternum
A egisthum occidit, per quem caret ipse parente.
T u quoque (nanque uigens certè ualidúsque uideris)
E de aliquid cuius uigeat tibi fama perennis.
I pse ego me ad naues referam, sociósque morantes,
S olliciti absentem qui me causantur & urgent.
T u tua curabis, memoríque hæc pectore condes.
Hæc dea. cui prudens iuuenis dein talia fatur,

Multa quidem nobis ualde opportuna recenses
Vt nato genitor, quae condita mente tenebo.
Sed properans quanuis, paulum consiste rogatus,
Lotus ut à chari mox oblectamine cordis
Ad nauim referas te, denique munere honesto
Diuiteque auctus eas, nostri haud sine pignore amoris,
Qualia ab hospitibus capit hospes dona benignis.
Caesia respondens tunc haec dea reddidit olli:
O ro hospes, ne me remoreris abire uolentem:
At mihi quod praesens munus donare laboras,
Ferre domum ut possim rediens, seruare memento:
Eximiumque leges. referes nam compare dignum.
Sic effata abijt Tritonia lumine glauco,
Vtque Anopaea uolans se sustulit, ilicet addens
Telemacho roburque animi, curamque parentis,
Quae leuis attigerat iuuenem. tunc ille recensens
Visa modò, obstupuit, numenque agnouit amicum.
Extemplo ergo procos iuuenis formosus adiuit,
Quorum animos grato mulcebat carmine doctus
Phemius, attentis modulans lugubria Graiûm
Fata reuertentum, quae fecit atrocia Pallas.
Sedibus è summis tum fortè his praebuit aures
Penelope, Icario prudens genitore creata:
Perque gradus notae descendit protinus aedis,
Ancillis, ne sola foret, comitata duabus.
Atque ubi pulchra procos adijt regina sedentes,
Constitit ante fores aulae mira arte politas,
Molli occulta genas uitta: dominaeque propinquae
Hinc latus atque illinc stantes texêre ministrae.

Tum

Tum lachrymas fundens, citharœdum affata peritum est:
Dulcia multa animi nosti lenimina Phemi,
Gesta uirûm diuûmque canens, quæ uatibus apta.
Aggredere horum aliud quoduis cantare: sed isti
Lene merum taciti potent: tu carmen omitte
Lugubre, tota mihi semper præcordia turbans:
Ad me etenim spectat dolor hic, uix, crede, ferendus:
Charum nanque caput noctésque diésque reposco,
Græcia quod latè celebrat, quod concinit Argos.
Hæc ubi dicta dedit mulier, sic filius olli:
O genitrix, dulcis quænam fastidia cantus?
Quin hæc arbitrio modulantis libera mittis?
Non te auxere malis citharœdi: Iuppiter ut uult
Dat miseris adimitque uiris ea rector Olympi.
Hunc igitur par est Danaûm mala dicere fata:
Cum genus inter nos laudetur carminis illud,
Quod patulas hominum postremum illabitur aures.
Proindè ea ne mœstos tibi dent in corda dolores:
Non solus reditu pater est fraudatus Vlysses:
Præter eum multi periere ad Pergama Graij.
Nunc excelsa igitur referens te ad limina, lanam
Atque colum cura, famulas &, nota iubeto
Munera obire: uiris, ut par est, uerba relinquens,
Et mihi præsertim, cum sit mea summa potestas.
Hæc mirata domum genitrix ascendit in altam,
Verbáque defigens nati prudentis in imo
Pectore, consedit tandem penetralibus amplis,
Ancillásque inter sortem lugebat Vlyssis,
Donec ei Pallas demisit cæsia somnum.

Obstupuere proci, pérque atria tota frequentes
Discubuere toris auidi. tum uersus ad illos
Telemachus fudit prudenti has pectore uoces:
Penelopes matris iam non toleranda procorum
Turba, cibo ac uino gaudentes, mittite quæso
Clamorem: siquidem iuuat hunc audire canentem,
Arbitror eximia quem uoce lacessere diuos.
Nos ad concilium cunctos lux crastina coget,
Alloquar intrepidis uos ut sermonibus omnes.
Exite his domibus: alias exquirite cœnas:
Pérque uices uestris conuiuia porgite mensis.
Quòd si ducetis præstantius unius esse
Fortunas impunè uiri consumere cunctas,
Pergite, ego ad superos uertens mea uerba, precabor,
Vt pater omnipotens uestris det præmia factis
Debita, & in nostri pereatis limine tecti.
Sic ait: atque olli presßis exinde labellis
Mordicus, audacter uerbis stupuere locuti.
Antinous contrà Eupithei tunc inclyta proles:
O iuuenis, nimium dij te docuere superbè
Altiloquum uerbis audacibus esse ferocem.
Non te Ithacæ dominum statuat regnator Olympi,
Quod generi uestro iam iura paterna tuentur.
Ad quæ Telemachus proles patientis Vlyßi:
Antinoë, id forsan mirabere, quod tibi fari
Incipiam. uellem Ioue dante hæc sceptra tenere.
An scelus in miseris mortalibus ista uocabis?
Optandum est homines inter regnare: beata
Nanque domo subitò & decorabere honoribus amplis.

Plerique

Plerique eximios reges sunt inter Achiuos:
Non desunt Ithacæ multi iuuenésque senésque
Qui sceptrum nostro capiant genitore perempto.
Ipse meûm dominus uiuam, rex ipse penatum,
Ipse regam seruos belli mihi iure relictos.
Hæc ubi dicta dedit, Polybi tum clara propago
Excipit Eurymachus: Diuino hæc omnia nutu
Dependent, quicunque Ithacæ potietur habenis.
Tu retine fundósque tuos, ædésque paternas,
A quibus inuitum te nemo eiecerit unquam.
Humanæ siquidem terra hæc consortia uitæ
Seruat adhuc. sed te super hospite pauca rogabo:
Vnde tuas ædes petijt? quibus ortus in oris?
Quo patre? qua in patria genitus? quo sanguine cretus?
An tibi de charo quicquam genitore locutus?
Anne sui cupidus lucri affuit? id mihi mirum
Cesserit, ut properans nostrûm non cognitus ulli:
Quippe malo haud similis, nisi lumina nostra fefellit.
Talibus at iuuenis tunc uocibus ora resoluit:
Eurymache, absumpta est reditus mihi cura paterni,
Ne super hoc rogitem uenientem scilicet ullum:
Nec mihi responsum cordi est, quod matre petente
His ualeat laribus consultus reddere uates.
Illum clara Taphos dedit: hospésque ipse paternus
Anchialo Mentes genitus mea limina adiuit,
Imperitans Taphijs remi gaudentibus usu.
Hæc uerbis iuuenis uersans in Pallade mentem:
Ast illi cantus memores, dulcísque choreæ,
Optabant lucem subeunti cedere nocti:

Q uæ tandem adueniens, fuſciſque inuecta quadrigis,
I n ſua correptum dimiſit quenque ſopore.
T elemachus thalamo ſe condidit inclytus alto,
S tructus erat pulchri ſumma qui in parte palati:
Q uo demum accubuit, non pauca in corde uolutans.
S edula deinde faces tulit Euryclia, pudentem
Q uam Piſenorides quondam Ops generauerat, & quam
A teneris famulam Laërtes emerat annis,
B is denos precium perſoluens nempe iuuencos:
D ilectæque locó ueneratus coniugis illam,
A ttigerat nunquam, uxoris dum iurgia uitat.
H æc iuueni tulit ipſa faces: nanque una miniſtras
S upra alias puerum, quem iam enutriſſet, amabat.
T um thalami reſerans ualuas multa arte politas,
C onſedit lectis, mollem ueſtemq́ue libenter
E xuit, ac uetulæ tergendam porrigit: illa
C ompoſitam referens, clauo ſuſpendit adunco,
A ffixus lecti fuerat qui parte propinqua.
E xijt inde: fores argenteus annulus altas
O bſerat adductas, admotoq́ue obice lorum.
A t iuuenis noctem, quàm longa eſt, tectus ouina
P elle, iter à diua monitus uoluebat amica.

HOMERI

HOMERI ODYSSEAE LIBER SECVNDVS.

AVrora at roſeas ubi protulit aurea bigas,
Mollibus è ſtratis ſurgit generoſus Vlyßis
Filius: éq; humeris pẽdentẽ ſuſtinet enſem,
Sũpta ueſte prius: pedibus deĩ additur olli
Calceus. è thalamo tum ſidere pulchrior exit:
Extemploque iubet præconibus ipſe propinquis
Concilium Graijs indicere crine decoris.
Olli conuenere omnes (mora nulla) uocati.
Quos ſimul aſpexit collectos cretus Vlyſſe,
Aduẽnit in medios, dextráque haſtile gerebat,
Præſidium geminos ducens ſibi fortè moloſſos.
Cui quoniam eximiam dederat Tritonia formam
Conſpicuum ſupra morem, mirarier omnes.
Vtque ſenes iuueni ſolium ceſſere paternum,
Illorum è numero tum ſic Aegyptius heros,
Quem ſenio curuum, multa experientia rerum
Ornabat, cuius prudentem fortis Vlyſſem
Filius ad ſacræ comitatus mœnia Troiæ
Antiphus à crudo periјt Cyclope uoratus
In ſpecubus, rediens, ſupremæ munere cœnæ:
Eque alijs tribus Eurynomus pars una procorum
Fortè fuit, reliquóſque paterna negocia habebant.
Hic igitur natum abſentem miſeratus amico eſt
Pectore: tum lachrymis ſuſpirans cœpit obortis:
Audite ô ciues quæ ſit ſententia nobis:

N unquam ad concilium conuenimus ilicet, ex quo
C oncaua diuinum puppis deuexit Vlyssem.
N unc quæ tam grauis huc nos causa uenire subegit?
I unior ánne aliquis, seu longa ætate grauatus?
A n quisquam huc acies redeuntes nouit? eóque
Q uòd prius accepit, nobis aperire laborat?
A n quicquam ad cunctos spectans populariter inquit?
I uuerit hic multum nos, nostráque. Iuppiter ipsum
A uctet ope, atque animi concedat uota benignus.
Telemachus uerbis gaudens senioris amici,
S urgit ab his dictis: ac multa orare paratus,
C onstitit in populi medio: Pisenor at olli
D at sceptrum, domino fidus solersque minister.
I nde senem aspiciens, in uerba hæc ora resoluit:
Non procul ille, senex: cernes quin protinus illum.
C ausa ego concilij. nam me dolor occupat ingens.
N on noui huc acies redeuntes nuncius ullas,
D e queis certa queam uobis narrare peritus.
N on quicquam in cœtu referam populare frequenti,
S ed quod opus mihi sit: laribus nam duplice damno
O brutus in nostris, primùm sine patre relinquor,
Q uem uos experti regem mitémque bonumque:
T um maiore malo, & nostras quod subruet ædes,
O pprimor, ac uitam demum mi extinguet amatam.
N anque proci inuitæ stimulant connubia matris,
H is patribus geniti, quos hæc habet insula primos:
Q ui tamen Icarij nec tecta subire parentis
A udent, nec dignam genitrice exposcere dotem,
V t redeat uoti compos quencunque probarit.

Quin

Quin potius nostro uersantes limine semper,
Laeta boum capita atque ouium, pinguésque capellas
Caedunt, appositoque iterant conuiuia Baccho.
Impune ergo domus perit, & mea cuncta supellex:
Nam mala qui haec abigat, similis non restat Vlyssi:
Nec teneros istuc ualeo praestare per annos,
Iam non firmus adhuc, nec bello assuetus & armis.
Talis si ipse forem, caderent me uindice cuncti.
Intoleranda etenim sceleri scelera addere pergunt,
Dum mea dispereant. proin uos reprehendite duri:
Vos, age, uicinae moueat reuerentia gentis:
Quam si negligitis, tum numina sancta timete,
Ne uos ira deûm post tot malefacta sequatur.
Vos ego per superûm rectorem sedulus oro,
Perque Themin, *quae hominum conuentus congregat atque*
Soluit, me chari sinite, atque dolore sepultum
Mittite, si genitor quondam meus acer Achiuos
Iratus nullis uexauit cladibus unquam.
Vos mihi pro meritis non praemia digna refertis,
Hos in me armantes, lucro qui posse uiderer
Ducere, si à uobis nostra haec absumpta perirent,
Quos mihi facturos olim satis esse putarem.
Nam quia disiuncti non uiuimus, illa frequenter
A uobis repetens, quandoque petita referrem.
At mihi supremo nunc estis, credite, damno.
His dictis iacit iratus quae sceptra gerebat,
Praesentem & lachrymis turbam commouit obortis.
Conticuere tamen cuncti: nam uera locuto
Non ausi iuueni contraria uerba referre:

A ntinous ſedenim cœpit ſic farier unus:
Altiloque, impatiens iræ, quod peſſime nobis
D edecus infligis? qua nos aſpergine tingis?
N on tibi cauſa proci, non ſunt, ut rere, malorum:
S ed dilecta tibi potius uerſutáque mater.
T ertius hic quarto propior nunc uoluitur annus,
S ollicitas ex quo mentes ſuſpendit Achiuûm,
P ollicitis quenuis retinens, ſpemq́ue omnibus addens,
N on ſine fraude tamen: nanque his contraria uerſat:
Q uæ dolus hic cuiuis exactè oſtenderit unus.
C onſtruit ingentem tenui ſubtegmine telam
O rdine texendam: dehinc nobis talia fatur:
I am quoniam interijt mihi coniux, lecta uirorum
T urba proci, noſtros thalamos ceſſate petentes,
L aërtæ donec (ne mi irrita fila superſint)
P rompta queam exorſam iandudum abſoluere telam,
F uneream, uitæ dulcem quum clauſerit horam,
N equa meum obſcuret Graiarum ex agmine nomen,
N udus humo locuples fuerit quòd conditus heros.
S ic ait. ex animo nobis ea dicere uiſa:
C allida ſed telam texebat luce paratam,
A dmotis eadem facibus ſub nocte retexens.
T ertius hoc nobis prætextu elabitur annus:
A ſt ubi iam aduênit quartus redeuntibus horis,
C onſilio ancillæ, quæ nouerat omnia, freti,
F ila retexentem contexta offendimus antè:
S ic cœptum perfecit opus non illa libenter.
N unc reſponſa proci dant hæc tibi, noſcere quæ tu
I am ualeas, ualeant alij quoque noſſe Pelaſgi.

Mitte

M itte tuis matrem laribus, compelle morantem
N ubere cui genitor uolet, aut uolet ipsa petenti.
Q uòd si non adimat nostro hanc è pectore curam,
(A b Ioue prognatæ semper studiosa Mineruæ,
C ui moresque probos, & miras debeat artes,
C onsiliumq; sagax, cunctas queis uincit Achiuas,
N anque nec eximijs spectandæ crinibus olim
T iróque Alcmenéque, etiam formosa Mycene,
P enelopen superant, quanuis certare uolentes)
H oc illam auspicijs disces tentare sinistris.
N am tua sufficient opulentas prædia cœnas
C ulta procis, donec similis sententia matri
H aud sine mente deûm steterit. non parua parenti
G loria, sed uehemens damnum rebúsque tibíque,
N obis hoc certum nullò hinc abijsse prius quàm
E ligat è Graijs sibi Penelopea maritum.
Dixerat: atque illi contrà generosus Vlyssis
F ilius: Inuitam nam quî dimittere possim,
Q uæ me progenuit? quæ nutrijt? inde peregrè
D um pater est (dubium an uiuus) persoluere multa
C ogerer Icario genitricem hoc limine pellens.
N am genitor pœnas alias, aliasque reposcet
C hara parens, quum me furijs irata uouebit
H is procul à domibus. quin me conuicia terrent
I usta hominum. ergo illi nunquam tam dura minabor.
Q uod nisi sedatus animus tolerare uoletis,
E ffugite his tectis, alias exquirite mensas.
A lternas uestro cœnásque ibi porgite sumptu.
I am si fortè decens magis unius esse putatis

F ortunas impune uiri disperdere cunctas,
P ergite: ego ad superûm uersus pia numina, supplex
O rabo ut uestris factis condigna rependat
I uppiter, bisque omnes tectis pereatis inulti.
Talia dicenti Saturnius omnia cernens
A ërij geminas aquilas è uertice montis
C um rapido primùm demittit flamine uenti.
V icino liquidum sulcantes aëra tractu.
A st ubi consessus medium tenuere propinquæ,
C oncussis circum uolitarunt agmina plumis,
C unctorumque caput spectarunt, omina cædis.
H is super ungue genas incuruo & colla lacessunt,
D extræ perque domos illorum urbémque uolarunt.
Q ueis uisis stupuere animis præsentibus omnes,
P ortenti in dubia mentem formidine fixi:
M aturi inter quos Alitherses incipit æui
M astorides, solus qui præpetis omina pennæ
E numero tanto doctus uentura canebat,
I llius ostenti certus prænuncius heros:
Audite o proceres Ithacæ quæcunque loquemur:
A nte alios audite proci, quos dura manebunt
F ata nimis cunctos. etenim Laërtius heros
A d charos reditum iamiam pertentat amicos.
Q uin uobis rediens cædem molitur, & idem
D amno alijs fuerit multis, quos insula nutrit
H æc placidum spectans Phœbeæ lampadis ignem.
I ras ergo prius regis placemus, & ipsi
H oc agite, ac uestro mea fœnore dicta probate.
N on etenim ignarus moneo, sed certus aruspex.

Sic

Sic etenim efficiet, cupiet quæcunque reuersus,
Vt quum Troianam ueheretur Græcia ad urbem,
Quæ fuerat monitus me uate, subiuit Vlysses:
Quandoquidem amissis socijs mala plurima passum,
Ad sua bis deno rediturum scilicet anno
Ignotum, cecini. quæ iam perfecta dabuntur.
Sic ait. Eurymachus Polybi sic filius olli,
Vaticinare senex proprijs age talia natis:
Inque tuis, ne quid patiantur, consule tectis.
Hæc ego te interpres melior uatésque docebo.
Non paucæ claro uolitant sub sole uolucres,
Nec tamen ab Ioue sunt omnes. Laërtia proles
Attamen interijt: cum quo simul ipse iacere
Debueras, ne tot caneres mala perditus augur:
Telemachus tantas neu te duce percitus iras
Conciperet: licet hoc munus tibi nomine captes.
Nunc cape dicta memor, quæ iam perfecta dabuntur:
Si iuuenem hunc ueterum rerum non inscius auctor
Irritare magis uerbisq; inuoluere perges,
Ipse prius damni non parua mole premetur,
Et tamen haud poterit quicquam ob tua dicta mouere.
Tum tu stulte senex digna mulctabere pœna,
Quorundam arbitrio tibi quæ durissima cedet.
Quin & Telemachum certa ratione monebo,
Icarij matrem genitoris ad atria mittat.
Hi uerò optatis hymenæis rite potiti,
Munera quæ tali sint coniuge digna, parabunt.
Nam neque ab inceptis (ea sint licet ardua) certum est
Sistere: nec quisquam his nos absterrere ualebit.

Non nos Telemachus facundi mouerit oris:
Nec tua curamus responsa leuißima, quæque
Irrita transierint: odio ipse grauabere summo.
Vt cœptum est, labentur opes, grauiúsque peribunt,
Quàm formosa diu genitrix remoretur Achiuos
Pollicitis. nos interea dum optata petuntur,
De uirtute inter nos contendemus: ad illas
Accedent alij, queis cuiuis nubere tutum.
Telemachus tunc his respondit uocibus olli:
Eurymache, atque proci reliqui, lectissima turba,
Illa ego præteriens, non ultrà orare laborem.
Norunt nanque dei, norunt eadémque Pelasgi.
At celerem nauem, uiginti at tradite saltem
Mi socios quocunque uelim me ducere promptos.
Littoream peto nanque Pylon, Spartamque beatam,
De reditu siquid chari fortasse parentis
Audierim à quouis hominum, famáue profecta
Ab Ioue, quæ summum mortalibus addit honorem.
Quòd si uiuat adhuc genitor, poßitque reuerti,
Dura premat quamuis fortuna, morabor in annum.
Sin periit gratæ defunctus munere uitæ,
In patriæ dulces oras rate uectus eadem,
Tunc illi tumulum statuam, tum debita reddam
Iusta pius, matrémque uiro dein protinus addam.
Hæc fatus sedit: medióque ex agmine surgit
Egregij Mentor quondam comes unus Vlyßi,
Cuique domus curam dederat cum nauibus iret
Ad Troiam, parêre seni cui iusserat omnes.
Hic igitur cœtu in medio sic farier orsus:

Audite

Audite hoc Ithacæ qui rura tenetis amœnæ:
I *am probus aut facilis non sit, non corde benigno*
R *ex ullus posthac, recto iam tramite uiuat*
N *emo, sed immitis sit quisque, sit impius, asper.*
L *enis enim inter quos olim regnauit* Vlysses,
V *t pater, ex animis delerunt cuncta malignis.*
N *on egô quippe procis ausim maledicere quòd sic*
I *ndecores sedeant aliena ad pabula fuci.*
N *am sua ponentes capita hæc in limine nati*
L *aërte admittunt, quem iam perijsse loquuntur.*
V *os alios damnem, quòd in alta silentia claro*
C *onsessu immersi, rigidis non uocibus ultro*
P *aucos usque procos multi absterretis iniquos.*
Tunc Euenorides *ait hæc* Liocritus *olli:*
M *entis inops, quæ in nos iactas conuicia* Mentor?
H *osque mones cogant ut nos absistere cœptus?*
D *ifficile est uictus contendere pluribus ergô:*
A *d sua quandoquidem si tecta rediret* Vlysses,
C *œnantésque procos in primo limine cernens,*
P *romptus eos laribus tentaret pellere auitis,*
L *ætitiæ, uxori, licet expectatus, adesset*
C *ausa breuis: nostris siquidem succumberet armis,*
V *nicus à multis domitus. tu stulta recenses.*
E *rgo opera in populo repetat sua quisque coacto.*
H *unc ad iter* Mentorque *accinxerit, atque* Alitherses,
Q *uosque paterna illi iam gratia fecit amicos.*
Q *uin & fortè diu regionibus hisce sedenti*
N *uncius adueniet, neque ab his abscesserit oris.*
Consessum his dictis soluit Liocritus. *olli*

Quisque suos petiere lares. at turba procorum
Ad celsos Laërtiadæ cessere penates.
Telemachus diuersa petens, in littore palmas
Abluit undisono, diuamque ad Pallada fatur,
Hesternus quicunque deus mea tecta subisti,
Et rate me nigrum pelagus sulcare iubebas,
Si patris ad reditum spectantia nosse profectus
Possem, cuncta proci quæ nunc inuertere tentant,
Nos audi, nostrumque leua quicunque laborem.
Vix prece finita, dea proxima constitit olli,
Mentora uoce pium referens & corpore Pallas:
Atque hæc præsenti uelocia uerba locuta est:
Strenuus his iuuenis cum queis uersabere posthac
Cognoscere, ut qui patrij iam roboris hæres
Cuncta queas uerbis & rebus in ardua niti.
Proinde iter hoc nunquam sine numine uanus obibis.
Quòd nisi Penelope Laërtiadeque creatus
Agnoscare, equidem nunquam potiere cupitis:
Nam paucos patribus similes est cernere natos:
Quos multi uincunt scelere, haud uirtute frequentes.
Atque ideo promptus quoniam cautúsque futurus,
Adque patris notas artes properare uideris,
Spes superest perfecta dari hæc te posse uolente.
Conatus mitte ergo leues & stulta procorum
Consilia, iniusti cum sint, nugísque tumentes,
Nec lethi fuscas uideant ceruicibus alas
Impendere suis, quos omnes una feret lux.
Tu quod iter statuis, celer aggrediere: paternæ
Nanque ego amicitiæ nauim tibi iure parabo

R emigio celerem.ſed nec comes ire grauabor.
N unc medio,tua tecta petens,uerſare procorum
A gmine,delectis atque adde uiatica uaſis,
V ina urnis,uictúmque uirûm cerealia dona
P ellibus inſtructis.comites tunc ipſe parabo .
E populo promptos:Ithacæ nec littore naues
O bductæ pelago deſunt ueteréſque nouæque:
E quibus electam ſimul inſtruxiſſe licebit,
C redere tum pelago dabitur,tum ſoluere uela.
Hæc ubi dicta dedit Pallas,non multa moratus
T elemachus celeri redit ad ſua limina greſſu,
V t qui iam tumidas animo conceperat iras.
O ffendítque procos,cæſis cum tergora capris
D iriperent,mediáque ſues coquerentur in aula.
Hîc illi Antinous ridens ſeſe inclytus offert:
H íſque manu prendens affatur uocibus ultro:.
Irarum impatiens,effrenatóque timende
O re,malas animo curas & uerba remitte,
N obiſcum uino indulgens epulíſque quietus:
N anque parata tibi dederint hæc omnia Graij,
D electos cum naue uiros,ut dira parentis
F ata,Pylon ualeas rectè internoſſe profectus.
Sic ait Antinous,ſic olli cretus Vlyſſe:
A ntinoë,inuitus quis enim conuiuia poſsit
I nter uos lætus tam concelebrare ſuperbos?
N ónne ſatis,mea uos bona conſumpſiſſe malignè
P lurima,quum puer ut ſaperem puerilibus annis?
N unc quia conſilijs melioribus utor adultus,
E t ſapio,& mi animos augeri in pectore noſco.

P roin uobis afferre manus (mihi credite) nitar,
S eu Pylon accedam, populo siue hocce morabor.
I amque abeo haud sine mente deûm: neque puppe recedam
N ostra uectus inops: alieno credere sed me
R emigio impellor. sic uos uoluistis iniqui.
Hæc ait, & facilè à dextra dextram ipse retraxit
A ntinoi. tum grata proci conuiuia tectis
C urantes, iuuenem multis risere cauillis:
I unior è quorum numero sic dicere quisquam:
Telemachus cædem nobis molitur apertam,
E Sparta auxilium seu nunc petit ille beata,
L ittorea siue ille Pylo properare laborans.
Q uin Ephyræ præpingue solum fortaßis adibit,
P harmaca ut inde ferat lethi præsentia dona:
N os necet ut cunctos, ubi pocula tinxerit illis.
E tumido iuuenumque alius sic agmine fari:
Q uis scit an ipse caua nunc primum puppe profectus,
V t pater, à charis pereat disiunctus amicis:
S ic quoque difficili nos augeat usque labore?
P rædia enim inter nos partiti, tecta sinemus
P enelope, ac iuueni quem legerit illa maritum.
Hæc illi. at iuuenis thalamum petit inde paternum,
AEris ubi excellens aurique iacebat aceruus:
S plendida uestis ubi, & bene olentis copia oliui:
D oliaque in cuius penetrali sede Lyæi
M unera diuinum potum cohibentia dulcis
A pplicita ad murum fuerant ex ordine, clari
I n reditum domini, si plurima passus, adesset.
A t multæ bifores ualuas compingere claues

Illius

Illius:atque intus proma omnia ſedula curans
Nocte diéque inerat domino Euryclia fidelis,
Quam Piſenorides quondan Ops generauerat.ergo
In thalamum accitæ ſic inquit Vlyſſe creatus:
Dulce age prome cadis uinum,chariſsima nutrix,
Post id lene magis,quod cautè ſedula curas
Dum miſeri expectas reditum genitoris Vlyſsi,
Si fato redeat quandoque ac morte ſolutus.
Bis ſenos imple hocce cados,atque oblíne clauſos
Vtribus electis:modios inde adde farinæ,
Vt menſura cibum uigeſima præbeat eius.
Tu mihi cuncta parans,non ipſa effabere cuiquam.
Veſpertinus enim deſumam hæc omnia,lecto
Cum genitrix referens ſeſe ad penetralia condet.
Nanque Pylon Spartámque petens,ſi fortè paterno
De reditu ualeam quicquam cognoſſe,laboro.
Hæc ait.in lachrymas ſedenim pia lumina nutrix
Soluit:deinde gemens uelocia uerba locuta eſt:
Quænam nate tuæ ſedit ſententia menti?
Cúr ue ita longinquas ſtatuis diſcedere in oras,
Vnicus,& nobis uita quoque charior ipſa?
Nam procul à patria periit generoſus Vlyſſes.
Qui inſtruet inſidias abeunti turba procorum,
Vt te fraude necent:tua prædia diuidat hæres.
Proinde morare tuis domibus.nam nil opus alto
Te pelago errantem multos tolerare labores.
Hæc illa:at prudens uetulæ ſic ortus Vlyſſe:
Fide:iter hoc non aggredior ſine numine diuûm.
At prius id matri nutrix haud dicere iures,

Quàm lux undena aut etiam duodena nitebit,
Ne desiderio, quum nouerit ipsa profectum,
Plorando lachrymis corpus deformet honestum.
Sic ait, estque deos anus attestata supremos.
Omnia sollicito quæ postquam rite peregit,
Vina cadis onerat confestim, amplósque farinæ
Depromens modios, instructis pellibus aptat.
Ille procis miscet sese ad sua tecta reuersus:
Officio inde alio Pallas quem cæsia iuuit.
Telemacho faciem nanque assimilata, per urbem
Quenque uirum assistens, uerbis demulcet amicis:
Velocémque iubet sub uespere scandere nauim.
Egregio hinc puppem Phronio genitore creatum
Velocem exposcit, cui tradidit ille petitam.
Sole cadente uias postquam texere tenebræ,
In pelagus nauim trahit, ac simul instruit armis,
Queis pelago celeres insultauere carinæ:
Postremò hinc statuit portu: quam lecta iuuentus
Prompta petit, ueluti monuit Tritonia Pallas.
Necnon illa eadem glauco dea lumine torua
Ad Laërtiadæ contendit tecta tyranni:
Infuditque procis dulcem per membra soporem,
Splendida ut abijcerent errantes pocula Baccho:
Dormitúmque irent quisque ad sua tecta per urbem.
His actis (neque enim sederunt multa morati)
Telemachum è domibus præclaris diua uocatum
Prudentem alloquitur uerbis, atque incipit ultro,
Mentora uoce pium referens & corpore Pallas:
O iuuenis, delecta uides socia agmina præstò

Promptaque

P romptáque remigio:te solum(crede)morantur.
P ergamus:res nulla uiam iam differat ultrá.
E xtemplo his iuuenem præcessit Cæsia dictis,
P ostque deæ iuuenis uestigia promptus abiuit.
A d mare sed postquam uenere,ratémque paratam,
O ffendunt socios in littore crine decoros:
A d quos Telemachus sic farier incipit heros,
Nunc agite ô socij cumulata uiatica tectis
A uferte è nostris:nanq; hæc ignota parenti,
A ncillisque alijs:tantúmque anus unica nouit.
Sic iter aggreditur dicens,alijque secuti,
E t celeri studio lecta posuere carina,
T elemachus gratis quæ iusserat omnia uerbis.
T unc nauem ingreditur iuuenis:dea cæsia cuius
C onsedit prora moderatrix,Pallada iuxta
T elemachus.posthac resoluta è littore puppis
P er mare collectos uexit,transtrísque sedentes.
C ui dea submisit facilem Tritonia uentum,
S cilicet ut Zephyro resonarent æquora puro.
A t iuuenis socios iubet arma capessere,blandis
H ortatus uerbis.tunc hi recto ordine cuncta
E xpediunt,mediáque abiegnum attollere puppe
F estinant malum,religantque rudentibus aptis,
D istenduntque boum dissectis lintea uelis.
Q uæ postquam inflauit Zephyrus,resonare carina
P urpureo cœpit fluctu pulsata,uolante
N aue per immensum,fluctúsque secante marinos.
A rma olli celeri tunc omnia puppe ligantes,
C ratêras magnos statuunt,& uina coronant.

Pocula dein libant dijs immortalibus altis,
Cœruleæ ante alios omnes non pauca Mineruæ.
Illa uiam uelox & nocte & luce secabat.

HOMERI ODYSSEAE LIBER TERTIVS.

AT Sol exoriens, pelagi stagna alta reliquit,
Ad conuexa poli properans, fulgeret olympo
Vt superis, terráque simul mortalibus alma.
Atque olli ad Pyliûm, Nelëia Nestoris arua,
Peruenere urbem, nigros quum littore tauros
Rectori pelagi mactarent sacra ferentes,
Sedibus idque nouem. quingentûm quælibet harum
Plena uirûm, tauróſque nouem cohibebat. at ipsi
Visceribus saturi, tunc ordine crura cremabant
Neptuno: at lectis iuuenum manus inclyta uelis
Succedens portu, nauem admouet. exilit inde
Telemachus, celeremque ratem duce Pallade linquit:
Cui dea cœruleis oculis metuenda profatur:
Nunc nimium o iuuenis te dedecet esse pudentem.
Nanque ades ut ualeas cognoscere fata parentis,
Sit quibus occultus terris, quo funere raptus.
Proinde age pugnacem rectà te ad Nestora confer,
De fato ut referat quæ norit cunque paterno.

Illum, certa tibi narret tantùm, ipse rogato:
Quandoquidem prudens nunquam tibi uana loquetur.
Hæc dea. Telemachus contra cui talia reddit:
Quinam adeam sic Mentor eum? quî nempe salutem,
Ornatis minimè assuetus sermonibus? adde
Quòd rarò affari seniorem iunior audet.
Sic ait. ast iuueni respondit Cæsia claro:
Plurima succurrent per se tibi, multáque diuûm
Consilia attulerint meditanti: nec sine mente
Te superûm credam genitum, neque uiuere adultum.
His dictis, iuuenem cœpit præcedere diua,
Confestim iuuenísque sequi uestigia diuæ.
Consessum ad Pyliûm sic deuenere profecti,
Nestor ubi & nati conuiuia læta parabant.
Tum socij assare ac uerubus transfigere carnes:
Qui simul hospitibus cuncti occurrere duobus,
Coniungunt dextras læti, selláſque ministrant.
Nestorides autem Pisistratus aduenit ollis,
Proximus atque epulis adhibet, dextráque prehendit.
Tum molles substernit eis in littore pelles,
Fratrem illas propter Thrasymedem, ac Nestora diuum,
Visceribus quadras cumulans, auróque propinans
Vina graui, multóque augens dein promptus honore,
Ad Ioue progenitam sic Pallada farier infit:
Tu quoque funde preces Neptuno scilicet hospes,
Cui modò sacra damus conuiuia lauta parantes.
Ast ubi libaris iusta prece rite peracta,
Huic dulcis cratêra meri tum porrige, libet
Vt pariter, diuísque preces effundat amicas,

Quorum ope ſemper egent prudentum uota uirorum.
Nunc quoniam æquæuus nobis, te iunior hic eſt,
Aurea tu capies à nobis pocula primus.
Hæc fatus, manibus dulcis cratêra Lyæi
Obtulit. at gauiſa uiro prudente Minerua eſt,
Aurea quòd primæ ſibi pocula iure dediſſet.
Hinc tali ſupplex Neptunum uoce precatur:
Terram complectens audi maris arbiter, atque
Hæc perfecta dari nobis concede benignus:
Neſtora cum natis ampliſſima gloria primùm
Te præbente ornet: Pylijs dehinc omnibus amplè
Gratus redde uices hecatombes munere dignas.
Tum me ac Telemachum his actis da poſſe reuerti,
Quorum nos ſtudio uaſtum ſulcauimus æquor.
Hæcce precata dea eſt: perfecítque omnia Pallas:
Telemachóque dedit pariter cratêra rotundum:
Qui prece Neptunum confeſtim orauit eadem.
Hîc Pylij carnes traxerunt protinus aſſas:
Partitíque epulas celebrarunt ordine lautas.
Poſtquam excempta fames, & amor compreſſus edendi,
Cœpit eques Neſtor fari hæcce Gerenius heros:
Nunc ex hoſpitibus libeat ſcitarier ipſis,
Quinam huc aduenіant: epulis ſunt nanque refecti.
Dicite qui adſitis, qua parte per humida uecti
Ac quora: ſunt uobis an fortè negocia? caſu
An magis erratis prædonum more, ſalutis
Immemores propriæ, atque alijs mala multa ferentes?
Hæc Neſtor: cui ſic reſpondit Vlyſſe creatus,

Haud

Haud timidè:ingentes animos nam cæsia Pallas
Subdidit,ut de absente diu genitore rogaret:
Neleide ô Nestor,decus immortale Pelasgûm,
Quæ senior cognosse cupis,dicam ipse libenter.
Nos Ithacam Neio positam sub monte colentes
Venimus:haud propria officia aut popularia dicam:
Sed Laërtiadæ si gloria magna parentis
Fortè meas aures tangat,quem fama gerentem
Tecum bella canit Troiam euertisse superbam.
Quotquot enim Troiæ muros adiere,tenemus
Quo letho absumpti,quáue in regione sepulti.
Iuppiter ignotum hunc unum dedit,ac neque clarè
Dicere mi ualuit quisquam,quibus occubet oris:
An'ne manu hostili domitum terra occupet,ánne
In pelagi gremio sibi uendicet Amphitrite.
Proin supplex ueni genua ad tua,dura referre
Si mihi fata patris libeat tibi,sicubi fortè
Videris,errantíue alij mihi credita narres:
Nam miserum hunc genuit supra omnes inclyta mater.
Tu nec me ueritus,néue assentare misertus,
Sed comperta refer,quóque ordine uisa tenebis.
Per siquid genitor meus unquam clarus Vlysses
Troiano in populo promissum aut rebus obiuit,
Aut uerbis,tunc cum mala mula tulistis Achiui:
Hæc animo repetens heros mihi uera referto.
Sic iuuenis.Nestor tunc ista Gerenius olli:
Quandoquidem duros memoras mihi chare labores
In populo nuper Graij quos hausimus illo,
Quæque alto errantes pelago,prædámque petentes,

Quandocunque ducem lecti sequeremur Achillem,
Quæque etiam tulimus Troiæ sub mœnibus altis,
Sub quibus eximij bello cecidere Pelasgi,
Martius ad quæ Aiax, Pelidésque occidit, ad quæ
Patroclus uirtute deis æquandus, & ille
Me genitus prudens iuuenis bellator & audax
Antilochus, cursu uelox, armísque timendus:
Præter quæ & tulimus mala plurima: cuncta referre
Quisnam oro posset mortali sanguine cretus?
Quin si quinque aut sex Phœbëi sideris orbes,
Quot nos ærumnæ uexarint, quæ'ue, rogares,
Tu patriam peteres nimirum hæc tædia uitans:
Nanque dolis Troiam aggressi certamine duro
Assiduè, decimo uix tandem euertimus anno.
Iam tum consilijs magnus superabat Vlysses,
Atque dolis alios Graiorum ex ordine quosuis,
Ille tuus genitor, si te pater ille reliquit
Non dubiam sobolem. quin & stupeo, optime, cernens
Te sermone illi similem: uix nanque putaris
Effari iuuenem tam commoda & apta ualere.
Ilion & sanè dum circunsedimus altam,
Non Laertiades mecum dissenserat unquam
Consilio, ast animis eadem sententia nostris
Sedit, ut exacto gauderet Græcia bello.
Verùm ubi direptam Priami succendimus urbem,
Nauibus impositos dij disiecere Pelasgos:
Nam reditu Graios afflixit Iuppiter atro,
Quos neque prudentes cunctos neque nouerat æquos:
Atque ideo illorum multos mors dura necauit,

Q ueis claro Pallas ſuccenſuit orta parente,
D iſsidio Atridas inuoluere feruida fratres.
O lli ad concilium fruſtra acciuere Pelaſgos
R ite parùm, occiduas cum ſol ferretur ad oras.
A t Graij multo Baccho uenêre grauati
C onſultura ſuper communi ſorte iuuentus.
C onſeſſu Menelaus eo cenſebat Achiuos
Q uærere iam reditum pelago debere profectos.
F rater eos natu maior diuerſa monebat,
Q ui populum cohibens, hecatombes munere ſacræ
L enire accenſas cupiebat Pallados iras,
D emens, & uoti compos non uſque futurus.
N am facilè haud mutant, quæ dij ſtatuêre ſupremi.
D um grauibus uerbis ſic altercantur Atridæ
D iſcordes, clari conſurrexere Pelaſgi
C um clamore: atque his duplex ſententia ſedit.
A rdua uoluentes ſic nocte quieuimus illa
V exati, nobis nam dij mala multa parabant.
T raximus in pelagus curuatas mane carinas
I mpoſitis opibus, cultis itidémque puellis.
D imidium interea populi ſibi maior Atrides
D iuiſi tenuit, rector princepsque benignus.
A ltera pars naues conſcendimus: ocyus æquor
Q uas tulit inſtrato (ſic dij uoluêre) profundo.
S acra deis Tenedum uecti, patriámque petentes,
S oluimus: at reditum nobis deus abſtulit atrox:
A ltera quo inter nos contentio nata mouente.
D iuerſi puppes nanque aſcendêre paratas,
Q uos habuit ſecum comites Laërtius heros

M aiori Atridæ ſic rurſus grata ferentes.
C onfeſtim hic denſis me credere nauibus auſus,
E ffugi, cernens dira impendêre Pelaſgis.
C um ſocijs fugit Tydides: ſerior ad nos
D euênit flauo Menelaus crine decorus:
A ffuit in Lesbo tunc expendentibus illud
N anque iter, ánne Chion ſupra ueheremur iniquam
I n Pſyriam, læua nobis quæ parte iacebat,
A rdua ſúbne Chion uentoſi ad ſaxa Mimantis.
S ic dum ſigna deos peteremus, certa dederunt
S igna, ut in Eubœam pelago dare uela iuberent,
V t citò damna ſimul fugeremus proxima nobis.
I ncipit at ſtridens uentus ſpirare: carinæ
P iſcoſo arreptæ pelago petiere Geræſtum
N octe illa. ex undis ſeruati plurima taurûm
N eptuno ſacris hic crura reponimus aris.
I am lux quarta aderat, quum puppes applicat Argis
A pta manus bello, Diomedis clara iuuentus:
I pſe Pylon rectà tenui: nec uentus euntem
D eſtituit, primum quem dij mihi flare dederunt.
S ic ego iamdudum noſtra hæc ad tecta reuerſus,
Q ui fato abſumpti Graiorum, quí ue relicti,
H aud noui: at licuit quæcunque audire ſedenti
H is laribus (quæ fas) diſces: nec te ulla latebunt.
M yrmidonum incolumes aiunt rediſſe cateruas,
Q uos haſta egregios ductabat Achille creatus.
F ama Philocteten fortunæ adſcribit eidem.
I domeneus ſocios Cretæ quoque reddidit omnes,
Q uos bello eripuit, pelagus nullum abſtulit olli.

Scilicet

Scilicet Atridæ casum ipsi audistis acerbum,
Vt rediit, cecidítque Aegisthi fraude peremptus:
Qui pòst occubuit fato confossus eodem.
Tanti Agamemnoniam prolem fuit esse relictam,
Quæ patris ulta necem, tristi demiserit orco
Aegisthum, insidijs cuius cecidisset Atrides.
Sic tu nate, bonus quoniam grandísque uidere,
Vt te posteritas celebret, iam strenuus esto.
Hæc Nestor: cui sic generoso cretus Vlysse:
Neleide o Nestor Graiûm decus, ilicet ultus
Ille patris cædem, uiuet celebrandus Achiuos
Inter, & æternis ideo cantabitur hymnis.
Auxissentque utinam simili me robore diui,
Quo mulctare procos petulantes omine possem,
Iurgia queis patior iamdudum & damna magistris.
At me non tali superi dignantur honore,
Nec Laertiaden: proin cogimur illa subire.
Sic ait: at iuueni contrà hæcce Gerenius infit:
Hæc quia chare mihi memorasti nate, procósque
Non paucos causa genitricis in ædibus aiunt
Multa patrare tuis, dum tu meliora precaris,
Dic age, sicne uolens absumeris? ánne tui te
Oderunt populi, diuûm responsa sequentes?
Quis scit an hisce uices reddat quandoque reuersus
Siue unus genitor, siue omnes fortè Pelasgi?
Cæsia quandoquidem si te sic Pallas amaret,
Vt patris illa tui curam ad Troiana gerebat
Mœnia, quæ propter Graij mala multa tulere:
(Nanque deos nulli tam uidimus usque fauentes,

C onspicuè ut Pallas genitorem diua iuuabat)
S i te sic animo curans tua Pallas amaret,
O mnibus exciderent animo connubia læta.
Dixerat hæc Nestor: tum contrà ingressus Vlyßis
F ilius: Ista senex nunquam perfecta dabuntur:
S unt etenim (ut stupeam) nimis ardua: uixq́ue ualeret
O ptanti illa mihi superûm effecisse potestas.
Hæc tacuit fatus: cum sic Tritonia Pallas,
Q uænam uerba tibi dentum extra septa uolarunt?
Q uem uult ipse deus seruat facilè, & procul absens.
M allem multa animo passus mala posse penates
I n patrios remeare, diem reditúsque uidere,
Q uàm, uelut Atrides, domibus cecidisse reuersus,
Q uem dolus Aegisthi Ledæaq́ue nata necarunt.
P arcere sed nulli solito non magna deorum
V is letho eriperet uel charum quanlibet, illum
I mproba quem stygio Lachesis damnauerit Orco.
Hæc Pallas: cui sic prudenti cretus Vlysse,
H actenus hæc Mentor mœsti licet. ipse redire
S ed genitor prohibetur: & (ut reor) aspera dudum
F ata dei misero, ac triplices neuere sorores.
N unc libet ast aliud scitari è Nestore, cuius
I ustitiæ insidunt maturo pectore dotes:
N am tribus hunc perhibent æuis regnasse uirorum,
Q uem similem superis uideo immortalibus ore.
Neleide o Nestor, tu edissere uera petenti:
Q uî periit Graiûm latè regnator Atrides?
Q ueís ue locis Menelaus erat? qua fraude doloso
C oncidit Aegistho, bonus à peiore peremptus?

Non erat hic Argis, alias fortasse peragrans
Viserat ast oras, proinde illa est ausus adulter?
Tunc ita respondens eques haecce Gerenius infit,
Quae petis, ista scies per me certissima nate.
Coniicis haec rectè: nec te scopus usque fefellit.
Si patris in laribus uiuum offendisset Atrides
Aegisthum à Troia rediens Menelaus, inanis
Nullus eum terrae texisset munere caesum,
Sed uis dira canum atque auium lacerasset ab Argis
In medijs prostratum aruis procul: ulla neque illum
Flesset Achiuarum, tantum scelus ilicet ausum.
Nos siquidem ad Troiam dum fortia facta morantes
Aggredimur, uacuus celebres Aegisthus ad Argos,
Uxorem eximij uerbis mollibat Atridae.
Hic facinus tetrum prius auersata, benignis
Mentibus absenti fauit Ledaea marito,
Cum uatem uxori clarus liquisset Atrides,
Qui thalami intactum custos seruaret honorem.
Verùm ubi fata uiro lucem statuère supremam,
Deserta abductum miserè capit insula uatem,
Pasceret ut rabidas (ludibria dira) uolucres.
His actis non inuitam ad sua limina adulter
Ducit eam: permulta deis mox sacra propinans,
Suspendit peplósque illis, atque aurea doua,
Postquam insperatum facinus perfecerat audax.
Iam uerò Atriden mecum (nam uixit amicus
Ille mihi) è Troia uentus deduxerat idem.
Sunion at postquam attigimus, quod propter Athenae
Rectorem nauis Menelao Phoebus Apollo

I *pse suis ueniens occidit nempe sagittis,*
C *urrentis clauo hærentem (prout sæpe) carinæ*
P *hrontin Onetoriden, quo non præstantior alter*
N *auem agere, ingruerent ualidæ quum fortè procellæ.*
S *ic properans quanuis minor hic subsedit Atrides,*
V *t socio daret exequias, strueretque sepulcrum.*
A *st idem pelago naues ubi credidit alto,*
S *axáque iam Maleæ peruênit ad ardua currens,*
F *unestum huic reditum, cernit qui cuncta, parauit*
I *uppiter, immittens stridentia flamina uentos,*
H *orriferasque ciens iamque æquas montibus undas.*
H *ic classis partem Cretæis applicat oris,*
I *ardaniique undas circum, iuxtáque Cydonas.*
E *st autem saxi leuis quædam altáque moles*
I *n mare procurrens, Gortynos ad intima uersa.*
H *ic Notus in Scæum montem impulit acrior undas*
A *d Phæstum, ingentes ubi frangit petra procellas*
E *xigua: huc puppes iactæ: studióque ruinam*
E *ffugêre uiri: naues periere propinquis*
I *llisæ scopulis: è queis & quinque tulerunt*
L *ittus ad Aegypti uentus pelagíque fragores.*
S *ic & opes illic multas aurumque coegit*
N *auibus Atrides aliena per oppida uectus.*
I *nterea Aegisthus facinus crudele patrauit,*
I *llius interimens fratrem, sceptróque potitus*
I *nde Mycenæis septem moderatur in annos.*
O *ctauo at demum linquens generosus Athenas*
Ae *gisthum obtruncat præclaro nomine Orestes,*
Q *uòd patris ille caput stygijs immerserat undis.*

Hoc

H oc opere exacto, quum donat honore sepulcri
I mbellem Aegisthum, atque odiosa cadauera matris,
E cce die in patriam rediens Menelaus eadem,
D iuitijs classem innumeris adduxit onustam.
T u quoque ne domibus longè, mihi credis, aberra,
D imittens & opes, & in ædibus impia linquens
C orda uirûm: tua cuncta uorent ne fortè malignè
P artiti inter se, atque iter hoc tibi cedat inane.
T e nunc ipse tamen Menelaon adire iubebo,
V t qui fortè recens aliunde reuerterit, hísque
A populis, quorum ex oris remeare uolentes
N on illi sperare queant, quoscunque procellæ
P er mare tam uastum sparsissent, unde uolucres,
(Quòd graue, quòd magnum) haud unus deduceret annus.
P roin tu naue tua socijsque iter istud obito:
S iue pedes mauis, præstò est tibi currus, equíque:
Q uin gnatísque meis ducibus Lacedæmona uises,
Q ua Flauus sceptro Menelaus in urbe potitur.
I llum, uera tibi ut narret, quum nate rogaris,
P rudens uera tibi tantùm narrauerit heros.
Sic ait: at densas sol est demersus in umbras,
C æsiáque hæc illis sic est effata Minerua.
Ordine cuncta senex, atque ut decet, ista recenses.
C ædere sed linguas, uinumque infundere tempus,
N eptuno atque deis alijs ut sacra feramus
L ibantes, somníque oculos in tempore soluant.
S ol tenet occiduas oras, ac multa sedere
D edecet, à superûm cœnis nec uelle reuerti.
Sic Ioue nata: ollique auscultauere locutæ.

Atque hic præcones manibus dant ordine lymphas:
Crateras statuunt iuuenes, & uina coronant,
Atque ea solliciti cunctis ex ordine porgunt.
Iniiciunt igni linguas, ad libáque surgunt.
His ubi perfectis potus satiata libido est,
Telemachus forma insignis, Pallasque reuerti
Ad curuam cupiere ratem: sed lenibus illos
Increpuit uerbis Nestor *remoratus euntes:*
Nec pater omnipotens nec cætera numina faxint
Vt mea linquatis sic atria puppe petita,
Quo pacto à nudo & discedere paupere mos est,
Cui neque sint chlamydes, neque tinctæ copia uestis,
Quáque ipse instratus, qua leniter ipsius hospes
Accubet: at nobis illorum est diues aceruus.
Non igitur Laërtiadæ *clarissima proles*
Me uiuo accumbens tabulis in naue quiescet:
Quanquam & turba meis natorum est plurima tectis,
Hospitio excipient qui limina nostra petentes.
Sic Nestor, *cum sic affata est* Nestora Pallas:
Hæc tu chare senex rectè: monitísque decebit
Telemachum parêre tuis, quandò æquius illud.
Proinde tuis somnum capturus in ædibus unus
Aggredietur iter tecum. nigram ipse carinam
At repetam, ut socios horter, tum singula narrem:
Glorior inter quos æuo præcellere solus.
Nam quot amicitiæ iuuenes huc iure profecti,
Telemacho æquæuos cernas in naue licebit.
Qua simul, ut tempus nunc admonet, ipse quiero,
Mane ibo egregios confestim ad Cauconas *orto,*

Quos

Quos inter dudum debentur plurima nobis.
Tu iuuenem huncce (tuos petijt modò nanque penates)
Cum nato curru mitte: & quæ gloria equorum
Prima tibi cursu est ac robore, trade duobus.
Hæc ubi dicta dedit glauco dea lumine, abiuit
Ossifragæ similis: cuncti obstupuere uidentes:
Obstupuit simul ipse senex ubi talia uidit:
Telemachiq́ue manum capiens, ita farier infit:
Non ego degenerem aut timidum te nate putarim,
Quem iuuenem diuiq́ue duces comitésque sequuntur.
Non fuit ille alius superorum ex ordine quisquam,
Disijcit hostiles sed quæ Tritonia turbas,
Quæq́ue tuum ante alios genitorem ornauit Achiuos.
Alma igitur regina faue, ac me laudibus auctum
Cum natis simul ac ueneranda coniuge linque.
Nanque bouem iuuenem tibi lata fronte uidendam
Indomitam cædam, nondum ceruice subactam.
Imbuet illa aras insperso cornibus auro.
Hæc precibus dederat: diua audijt ista precantem.
Strenuus hic natos generósque ex ordine Nestor
Præcedens, ornata dehinc ad tecta reducit.
At postquam ad clari deuentum est atria regis,
Ordine quisque suo petiere sedilia nota.
Miscuit inde senex dulcis cratêra Lyæi,
Hauserat undecimo quod solers scilicet anno
Proma cadum relinens. huius tunc miscuit ergo
Cratêrem præstans heros: libánsque Mineruæ,
Multa satam orauit summo Ioue Pallada supplex.
His actis, ubi deinde sitim extinxere bibentes,

Ad sua discedens tum limina quisque reuersus.
Hîc iuuenem Nestor prolem patientis Vlyssi
Ipse toris somno iubet indulgere paratis,
Hîc ubi uentosa resonabat porticus aura:
Moribus hunc iuxta & celebrem Pisistraton armis,
Qui fuerat natos herois iunior inter.
Pòst ipse extremus dormitum abscessit in ædes:
Cui regina simul lectos instrauerat uxor.
  Aurora at roseis ubi fulsit lutea bigis,
Exit eques thalamo, surgitque Gerenius heros.
Arte laboratis consedit denique saxis
Ante fores altas positis, candentibus, albo
Vnguine conspicuis, Neleus queis sederat olim,
Consilio similis dijs immortalibus: illum
Sed fera Parca domans, stygijs demiserat umbris.
Considet his Nestor custos præclarus Achiuûm
Sceptra tenens. post hunc nati uenere frequentes
Egressi thalamis, Stratiusque, & pulcher Echephron,
Perseus, Aretúsque, ac diuinus Thrasymedes.
Aduênit sextus post hos Pisistratus heros.
Telemachum hi secum adductum statuêre sedili.
Quos simul aspiciens eques hæcce Gerenius inquit:
  Quæ cupimus, celeri nati properate labore,
Vt diuam ante alios liceat placare Mineruam,
Quæ nostras nimirum epulas inuisit apertè.
Proinde bouem nostris adduci curet ab agris
Vnus: eam extemplo nam se egerit ante bubulcus:
Telemachi nauem eximij petat alter, & omnes
Illius omissis socios uocet ipse duobus:

T ertius aurificem moneat Laërcea ut ad nos
N unc eat, atque bouis diffundat cornibus aurum.
H ic remanete alij, atque ancillis scilicet intus
D icite lauta parent pulchris conuiuia tectis,
A pportent sellas, & aquas ac ligna ministrent.
Munera quisque sua his dictis obit. aduenit hîc bos
E x agris: socij è nigra uenere carina
T elemachi: aurificisque fuit manus inclyta præstò:
C ui propriæ fuerant artis simul arma parata,
M alleus, atque incus, cum forcipe. nanque metalla
E xercebat eis auri. uenitque Minerua
O ccursura sacris. tum Nestor præbuit aurum:
C ornibus ille bouis quod circunfundit, & aptè
A pplicat, ut cernens gauderet munera Pallas.
C ornibus ergo bouem ducunt Stratiusque & Echephron,
Q uin Aretus aquas manibúsque lebete lauandis
E thalamo fert, atque molam tenet ipse canistro.
B ellicus ancipiti Thrasymedes quippe securi
A dstitit, atque bouem iam percussurus adiuit.
Q uò cruor immanet cæsæ, fert Persëus utrem.
I ncipit hinc Nestor lymphísque moláque, Mineruam
M ulta orans: capitísque pilos cremat igne iuuencæ.
H is actis, sparsáque mola, fortißima proles
N estoris extemplo Thrasymedes impulit adstans,
I ncidítque bouis neruos ceruice petitos.
I lla cadit: natæ atque nurus, uenerandáque coniux
N estoris, & Clymeni natarum maxima quondam
E urydice, implerunt ululatu tecta frequentes.
O lli prostratam à terra tenuere leuantes.

T *um iugulum elatæ Pisistratus abscidit heros.*
V *erùm ubi diffuso perijt bos sacra cruore,*
E *xtemplo secuere ac truncarunt rite iacentis*
O *mnia crura: dehinc omento obducta dedere*
I *n partes dissecta duas, & cruda reponunt:*
V *rere tum lignis Nestor, uinóque Lyæo*
L *ibare: at iuuenes uerua hunc prope quina tenebant.*
C *ruribus ast assis ubi uiscera tosta uorarunt,*
S *ecta minutatim uerubus dein cætera figunt,*
A *dque mouent igni uerubus transfixa tenentes.*
T *elemachum interea lauit Polycasta decenter*
F *ormosa, atque inter prognatas Nestore, natu*
M *axima: tum pingui lotum ungere pergit oliuo,*
P *alliolóque tegit molli, tunicáque parata.*
I *s uerò loto similis iam corpore diuis,*
B *alnea dimittens, Pylium prope Nestora sedit.*
O *lli ubi iam carnes assas traxere, sedentes*
I *ndulsere cibo: queis aurea pocula lauti*
A *pportant iuuenes, & uino plena ministrant.*
P *ostquam exempta fames, compressus amorque bibendi,*
I *ncipit inter eos hæc uerba Gerenius heros:*
Ducite equos, iuba quos densa ornat, ducite nati:
A *dque iter accinctos ueloci adiungite curru.*
Sic ait. at iuuenes uerbis audire locuti.
A *diunguntur equi celeres ita curribus aptis.*
T *um Bacchum & Cererem proma atque obsonia ponit,*
A *b Ioue queis reges uescuntur rege creati.*
T *elemachus currum his actis conscendit, & illi*
S *e fidum adiunxit comitem Pisistratus heros,*

Frena

F rena manu capiens:simul insonuitque flagello
I mpellens,& equi uoci audiuere uolantes
P er campos,Pyliûmque urbem post terga dederunt.
A t iuuenes tota circum iuga luce rotarunt.
O ccidit hic,magnísque uias sol contegit umbris.
D eueniunt Pheras,celebrésque Dioclis ad ædes
O rtilocho genitore sati,quem Alphæe tulisti.
H ic noctem,oblatis quæ sunt digna hospite,sistunt.
A urora at roseas ubi protulit aurea bigas,
S ub iuga quadrupedes adigunt,currúque leuantur.
A dmouet is scuticam,nec equos piget ire uolantes,
F rugiferum donec campum tenuere furentes.
H ic iter exactum est.tanto ruit impete equûm uis.
O ccidit hic sol,atque uias texêre tenebræ.

HOMERI ODYSSEAE LIBER QVARTVS.

AT Spartã tenuere cauã latamque profecti,
Adque domos iuuenes uenere minoris Atridæ,
Ciuibus exhibuit qui tum conuiuia tectis
In proprijs, nati celebrans natæque hymenæos.
H anc Pyrrho siquidem mittebat Achille creato
D esponsam ad sacræ sublimia mœnia Troiæ,
Q uæ perfecta dei dederant uenientibus annis.
H anc & equos igitur mittens currúsque parabat

Myrmidonum in patriam Pyrrhi inclyta regna tyranni.
Spartanam & sponsam, genuit quã clarus Alector,
Sublatò è famula Megapenthæ *adiunxerat heros.*
*Vnicus hic:*Helenæ *sobolem nam* Iuppiter *ullam*
Non dederat, postquam dilectam in luminis auras
Edidit Hermionen *decoratam à* Cypride *forma.*
Ergo epulas læti lautas celebrare per alta
Atria, uicini comitésque minoris Atridæ
Oblectati animos, cithara quos optimus inter
Personuit uates, iuuenésque ex agmine bini
In gyrum saliunt, corpusq́; ad carmina iactant.
Telemachus sedenim, cumq́; hoc Pisistratus *heros*
Vestibulo steterunt, & equos habuere propinquos:
Quos simul accurrens Eteoneus *uidit in ipso*
Limine, dilectus regi, solersq́; minister,
Pastori ut referat populi, festinat in ædes,
Atque ait hæc olli coràm uelocia uerba:
Hic nunc occurri hospitibus Menelaë *duobus*
Ante fores: certam sobolem Iouis *esse putaris.*
Effare, an soluamus equos uenientibus? ánne hos
Hospitium ut quærant aliud, mittemus in urbem?
Sic ait: atque olli succensens infit Atrides:
Nempe Boëthæde *insipiens non antè fuisti,*
Nunc tamen ut puer hæc ignarus inania fundis.
Nósque diu errantes, & nostra ad tecta regressos
Nutrijt externum hospitium: modò Iuppiter *omnes*
Aerumnas posthac adimat mihi: proinde age equorum
Solue iuga: ast iuuenes epulis prius excipe gratis.
Hæc ait: ille gradum celerat, reliquósque ministros

S e iubet inde ſequi, promptóſque ad cuncta manere.
H ic & equûm ſoluêre iugo fumantia colla,
D iſiunctosq; ligant alta ad præſepia, & illis
O bijciunt zeas atque hordea candida: currus
P arietibus nitidis mox applicuere: ſed ipſos
A urea duxerunt ad nobilis atria regis
H eroas: quæ dum aſpicerent, ſtupuere uidentes.
N am lunæ ſimilis, Phœbeæ aut lampados igni
E ximius fulgor tecta alta tenebat Atridæ.
P erlegêre oculis auidi quæ gaudia poſtquam,
B alnea pulchra petunt loturi ex ordine corpus.
Q uos oleo lotos ubi fidi unxere miniſtri,
P allia digreſsi circum tunicáſque dedêre:
P ropter & appoſitis regem ſtatuêre cathedris.
H inc manibus lymphas ancilla dat: aureus olli
G uttus, eratq; lebes argenteus. inde politam
A ppoſuit iuxta menſam, uenerandáque lectis
M uneribus cereris grata auxit proma libenter,
F ercula multa addens placitura ſedentibus illa.
H ic ſtructor quadras diſſectis carnibus implet
O mnigenis, ſolido crateraſque adijcit auro.
H os itaque aſpiciens flauus ſic inquit Atrides:
Indulgete epulis læti: pòſt nanque rogabo
Cœnatos, quánam huc ſitis de gente profecti,
C um rear haud ueſtrûm genus interijſſe parentum:
Q uin ego regali uos credam ſtirpe creatos:
N on etenim tales humilis pater edidit ullus.
Accipit hæc fatus manibus præpinguia terga
A ſſa bouis, proprijque his doni apponit honorem.

Qui palmas epulis prompti admouere paratis.
Postquam exempta fames, compressus amórque bibendi,
Telemachus nato hæc effatur Nestore: néue
Audirent alij, capiti caput admouet ultro:
Chare, istæc expende, animo Pisistrate nostro,
Aere renidentes ædes, auro, atque elephanto,
Argento, electróque mero resonantia tecta.
Interior Iouis est huic aula simillima summi:
Nam numero tam multa carent. stupeo omnia cernens.
Audijt hæc flauo Menelaus crine loquentem,
Atque ait hospitibus uelocia uerba propinquis:
Mortalis certare Ioui non ausit, amici,
Cui domus & nigra sunt cuncta carentia morte.
Diuitijs uir mecum alius certare ualebit,
Aut secus. hæc etenim, errando mala plurima passus,
Nauibus octauo huc aduexi redditus anno.
Aegyptum, Phœnicem, etenim Cyprumq́ue peragrans
Aethiopas adij́que, & Sidonios, & Erembos,
Cornigeros Libyamq́ue ferentem protinus agnos:
Nam ter oues anno fœtum illic edere suerunt.
Pastores igitur dominosq́ue haud caseus illic
Deficit, aut carnes, aut dulcis copia lactis,
Quo cunctis pollent soliti mulsisse diebus.
Huc multas cum eiectus opes ego fortè parando
Errarem, clàm fratrem alius mi aggressus inermem,
Incautum uxoris sceleratæ fraude peremit.
Tot licet ergo bonis diues, mœroribus angor.
A uestris autem patribus uos nosse putarim,
Qui sunt cunque illi, me damna ingentia passum,

Amisisse

Amisisse domos cultas, amplasque, refertas
Diuitijs, quarum mi utinam nunc tertia tantùm
Pars integra foret, modò tectis uiueret illa
Quæ manus ad Troiam *claris procul occidit* Argis.
Verùm illos deflens omnes, tamen atria mœstus
Nostra tenens, charis penetralibus ipse frequenter
Delector luctu interdum, luctúmque remitto
Interdum. miseri est luctus non longa uoluptas.
At mihi non tam illos omnes perijsse molestum,
Quàm somnum unius dempsit fortuna cibúmque
Dum memini. nam plura olim generosus Vlysses
Graiorum quàm quisquam alius tulit. ergo dolores
Sicut eum, sic me curæ mansere perennes
Sollicitum illius causa, cum serius absit,
Omnibus incertum an uiuus. tamen, arbitror, illum
Laërtésque senex flet, P*enelopeáque coniux,*
Telemachúsque, recèns quem liquit in ædibus ortum.
Sic ait. at iuueni lachrymas genitoris amati
Palpebris renouatus amor discußit, ab imo
Purpuream ut reuocans uestem, sua lumina palmis
Ambabus tegeret. quæ postquam aspexit Atrides,
Ambiguus secúmque animi bene constitit anceps,
An iuuenem meminisse patris permitteret, ánne
Ordine narraret prius olli cuncta rogatus.
Hæc dum mente agitat, dum pectore uoluit in imo,
Exit odoratis thalamis hìc Tyndaris *altis,*
Dianæ aßimilis, colus aurea cui latus ornat.
Attulit huic sellam mira arte Adrasta *politam,*
Contextum Alcippéque *tapetem uellere molli:*

P hylo ex argento cistellam, Alcandra dedisset
Q uam Polybi huic coniux, Aegyptia mœnia Thebas
Q ui coluit, multis opibus per tecta refertas:
B ina dedit nanque is Menelao argentea labra,
E t tripodas geminos, atque auri dena talenta.
I llius ast Helene pulcherrima munera coniux
E x auróque colum, cistellámque ipsa rotundam,
A rgento solidam, constructam auróque labellis.
H ancce ferens igitur Phylo olli ancilla ministrat,
F ila parata intus cohibentem multa, colúmque
E xtensam, & uiolas imitantia uellera habentem.
F ulta pedes scamno exiguo tum sede locata est.
S ingula deinde uirum rogitans, ita farier infit:
  Nouimus Atride quinam diuine uirorum
H i nostros adiisse lares & limina gaudent.
M entiar, ánne ego uera loquar? mens me intima cogit.
T am similem memini siquidem me cernere nullum,
S eu uir seu mulier fuerit, (stupeo omnia cernens)
H ic nato similis mihi ut esse uidetur Vlyssis
T elemacho, infantem genitor quem liquit in æde,
I lle mei ad Troiam causa ipse pudore carentis,
Q ui unanimes Graios bellum impulit acre ferentes.
  Tunc Helenæ flauo respondit crine maritus:
C ui iuuenem assimilas (uideo) iste simillimus, uxor:
S ic nanque ille pedes, sic ille manúsque ferebat,
S ic oculos itidem, capite huic similísque capillis.
N unc etiam in mentem mihi cum rediisset, Vlysses
Q uas tulit ærumnas, me circum sponte laborans,
M œrebam. at lachrymas iuuenis hic fundere largas,

Purpuream

P urpuream attollens oculorum tegmina uestem.
N estorides autem contra haec Pisistratus olli:
Optime Graiugenûm, generoséque rector Atride,
I llius hic certa est soboles: rectè inclyte narras.
S ed quoniam prudens animi est, puerile putauit
H uc primùm adueniens te uerba effundere coram,
C uius nempe dei ueluti pendemus ab ore.
Q uin & misit eques me huc ante Gerenius heros
H uic comitem adiungens: nam te cupiebat adire:
S iue monens ipsum uerbis, re siue iuuares.
N anque patre innumeros opus est absente dolores
F ilius in domibus ferat, haud ope fultus amicûm.
T elemacho ut genitor peregre est, alióque, propulsent
H oc sibi qui in populo mala, damna, haud repperit usquã.
Tunc haec flauus ei Menelaus reddidit orsus,
O superi, mea tecta uiro petit ortus ab illo,
Q ui mihi grata ferens, certamina multa subiuit:
A nte alios rediens nobis qui charus amicos
V sque futurus erat, pelago si fortè carinas
S eruasset celeres qui respicit omnia, nobis.
Q uin Argis struxissem urbem, noua tectáque, eum si
C um nato ex Ithaca atque bonis adducere possem,
V nius è populo collectis ciuibus urbis,
I llarum è numero regimus quascunque propinquas.
H icque frequens intermixti uiximus, ut haud nos
Q uisquam in amicitia assiduos abiungeret, antè
Q uàm lethi implicitos nebulis crudelibus atri.
H aec tamen inuidit nobis uis magna deorum,
V num quae miserum reditu deiecit Vlyssem.

Omnibus, hæc fatus, lachrymandi induxit amorem.
N *anque Argiua Helene fleuit Ioue nata supremo,*
T *elemachúsque simul, necnon generosus Atrides:*
N *ec tenuit siccos hic Nestore cretus ocellos,*
A *ntilochi repetens præclari funera fratris,*
I *nclytus Auroræ dederat quem filius orco.*
I *lla igitur repetens, uelocia uerba profatur,*
Supra alios prudentem homines Menelaë ferebat
T *e genitor nobis Nestor, cum mentio de te*
I *ncideret propria hæc alterna rogantibus æde.*
M *i quoque nunc audi rex inclyte: non ego luctu*
P *ost cœnam oblector: quin nos aurora reuiset*
P *roxima: nec damnem lachrymis præsentibus illos*
D *eflere extinctos quos sors inimica peremit.*
Q *uippe honor in miseris mortalibus iste remansit*
L *uminibus lachrymas effundere, cædere crines.*
N *anque meus Graiûm (credam) non pessimus olim*
F *rater obit: quod tu melius me noueris æquum est:*
A *udiui hoc absens siquidem: uicisse sed aiunt*
A *ntilochum reliquos, cursúque hastáque timendum.*
Hæc ait: atque olli flauus sic insit Atrides:
T *ot mihi nate refers prudens, quot rebus obire*
V *ir queat aut uerbis, quanuis te grandior æuo.*
O *ptima sic loqueris, tali genitore creatus.*
N *am noris sobolem facilè eius, Iuppiter auxit*
Q *uem nascentem opibus, celebrantem quémque hymenæos,*
P *erpetuis ueluti nunc auxit Nestora donis,*
C *ui proprijs cessit potuisse senescere tectis:*
P *rudentésque dedit natos, bellóque potentes.*

Nos cœptum interea fletum soluamus, & ijdem
Cœna oblectemur. manibus dent ordine lymphas
Proin famuli: siquidem quum se lux crastina tollet,
Plurima Telemachum méque inter uerba ferentur.
Sic ait. Asphalio manibus tum fundere lymphas
Sedulus officijs famulus sublimis Atridæ.
Atque epulis palmas olli apposuere paratis.
Tunc aliud uoluens mixto Ioue nata Lyæo
Extemplo infudit pellentia pharmaca luctum,
Quæque iram sedent, obliuia cuncta malorum
Pota ferant: quæ etiam quisquis cratère refusa
Hauserit, integra lachrymam non luce profundat,
Immiti non si cecidissent morte parentes,
Non si illi ferro frater natúsque petiti
Occiderint coràm spectacula dira uidenti.
Tam bona seruabat medicamina nata Tonante,
Quæ Polydamna olli coniux generosa Thoonis
Aegypto in patria dederat: fata plurima terra
Pharmaca qua crescunt, bona plurima, plurima tetra:
Supra alios homines artes ubi quisque medendi
(Quòd genus à claro ducant Pæeone) nouit.
Hæc postquam infudit dulci Ioue nata Lyæo,
Vocibus affata est præsentes Tyndaris istis:
Atride, atque bonis iuuenes heroibus orti,
Ordine post aliud subiungit Iuppiter, ut uult,
Siue bonum, siue ille (potest nanque omnia) damnum.
Nunc epulas hilares domibus celebrate sedentes,
Et uerbis recreate animos: nam congrua fabor:
Omnia nec sanè referam patientis Vlyßi

Quæcunque ad Troiam certamina dura subiuit,
Strenuus ast olim quod uir tolerauerit ille
Troiano in populo, quum multa tulistis Achiui.
Verberibus siquidem deformans inclytus atris,
Séque etiam laceris circundans uestibus heros,
Troianam ingressus latam se condit in urbem,
Atque inopem se mentitus simulauit, eúmque
Cui similis Graiûm non esset in agmine quisquam.
Hostilem, hunc referens, urbem petit, omnibus ipse
Dardanidis ignotus: eum nanque unica noui:
Dúmque rogo, effugit cauto sermone loquentem.
Quem postquam laui, atque oleo miserata perunxi,
Veste tegens molli, ac iurando iure recepi
Non me ostensuram prius hostibus ilicet illum,
Quàm Graiûm ad naues tentoriáque alta redisset,
Integrum mihi consilium patefecit Achiuûm:
Adque suos rediit, multis ex ordine Troum
Ense trucidatis, prudenti pectore præstans.
Troades hic misero fletu resonare: sed ipsa
Gaudebam, ad patrios ut quæ mutata penates
Iam cuperem remeare, altè suspiria ducens:
Cypride nanque illuc ieram prædura monente,
Cum patria natam, thalamúmque uirúmque relinquens
Consiliis formáque bonum, ac nullius egentem.
Hæc Helena: atque olli flauus respondit Atrides,
Rectè istæc mulier narras, & cuncta decenter:
At mihi multorum mens strenua cognita dudum,
Consiliúmque sagax terrarum in plurima uecto,
Nec Laërtiadæ similis mihi cognitus unquam

Virtute

Virtute est, animóque ita dura per omnia prompto:
Quod facilè ostendunt, quæ martius edidit heros
Durateo conclusus equo, fortissimus in quo
Quisque sedebamus Danaûm, mala fata ferentes
Hostibus. atque illuc isti. nam duxerat auctor
Te deus, ut magno Troas cumularet honore,
Quum te Deiphobus sequeretur pulcher euntem.
Insidias illo ter circum tempore obisti,
Tangens ipsa cauas, procerum dehinc nomine Graiûm
Quenque uocans similis uoce horum uxoribus ipsa.
Tunc ego Tydidésque simul, tunc clarus Vlysses
Clamantem media positi percepimus aluo.
Proinde ego Tydidésque uocantis uerba secuti,
Siue exire foras, seu respondere paramus:
Laërte sed nos genitus compescuit omnes.
Verùm ubi conticuit post id manus inclyta Graiûm,
Respondere tibi uoluit mox Anticlus audax:
Sed manibus fauces arctè compressit Vlysses
Fortibus, atque opera Graios seruauit eadem,
A nobis donec te cæsia Pallas abegit.
Sic ait: atque olli respondit cretus Vlysse:
Optime Graiugenûm rector, magis illud acerbum,
Tot decora hæc fato non eripuisse parentem,
Nec potuisse, forent licet illi ferrea corda.
Nunc age dormitum nos mittite: nanque quietos
Lumina prædulci iam tempus soluere somno.
Hæc ait: ancillísque Helene pulcherrima iussit
Porticibus lectos insternere, murice pulchro
Stragula quos tegerent, pòst insuper hisce tapetes

A ddere, dein molles uestitu imponere amictus.
E gressæ ergo faces famulæ extra tecta tulerunt.
D ein strauere toros. iuuenes tum educere præco.
O lli in uestibulo tecti cubuere nitentis,
T elemachúsque heros, & Nestoris inclyta proles.
D ormijt Atrides penetrali in sede palati,
A tque Helene propter cubuit formosa maritum.
A t miseris aurora uiris ubi lucida fulsit,
B ellicus exurgens lecto Menelaus, amictum
I nduit, atque humeris pendentem sustinet ensem.
T um pedibus pulchris circundata uincula, & heros
P rogrediens thalamo similis dijs exijt alto,
T elemachúmque sedens iuxta, sic farier infit:
Nam quæ te iuuenis Lacedæmona causa subegit
V isere sulcantem uasti lata æquora ponti?
A n propria, an potius te publica? uera referto.
Hæc minor Atrides: cui sic satus inquit Vlysse:
I nclyte Graiorum princeps Menelaë, profectus
H uc adsum si quid mihi de patre fabere charo.
M i domus absumpta est, perijtque opulentia: tectis
C onsidunt plenis hostes, iugulantque frequentes
S emper oues, nigrásque boues in limine nostro
P enelopes matris dijs turba inuisa procorum.
I ccirco ueni genua ad tua, lugubre nobis
S i lethum illius referas, seu uideris olim
F ortè tuis oculis, alij seu credita narres
E rranti. genitrix miserum nanque edidit illum.
T u mihi nec ueritus, néue assentare misertus,
C ernere quæ licuit tibi, quin mi sedulus oro

Dic

D ic age, siquando genitor meus, optime, uerbis
S eu mage pollicitus quicquam tibi rebus obiuit,
T roiano in populo quum multa tulistis Achiui:
I lla animo repetens age nunc mihi uera referto.
Queis ita respondens suspiria duxit Atrides,
P rò superi, fortis thalamo uoluêre mariti
I mbelles recubare proci, nugísque tumentes.
A c ueluti in syluis generosi cerua leonis
L actentes locat hinnuleos, ut in hisce quiescant,
I psa autem herbiferas ualles collésque pererrans
P ascitur: ille suum repetens de more cubile,
I ngruit, & timidæ fœtus crudeliter haurit:
S ic tuus usque procos genitor lacerauerit ardens.
I uppiter atque utinam & uellet cum Pallade Phœbus
I s pater ut redeat, Lesbo qui nuper in ampla
C um Philomelide contenderat antè palæstra:
Q uem prostrauit humi Danais gaudentibus heros.
T alis si ille procis si tantúsque afforet, omnes
H os raperet uelox fatum, tristésque hymenæi.
I am quæ nate rogas multa prece, singula nosces
C erta, neque à uero quicquam tibi mentiar errans:
S ed quæcunque senex uerax mihi dicere Proteus
S ustinuit, disces per me, puer optime, cuncta.
Aegypto reditus cupidum me nuper in alma
V is superûm retinebat adhuc, queis sacra negaram,
C um dij iussa uelint homines sua firma tenere.
Ae gyptum at contra piscoso est insula ponto
N omine dicta Pharos, terra quæ distat ab illa,
Q uod spatio unius ualeat sulcare diei

Quæ caua ſtridenti rapiatur flamine puppis.
Commodus eſt illic portus ſatis:inde carinas
In mare deducunt,undas haurire periti.
Hîc me bis denis ſuperi tenuere diebus,
Queis nulli flarunt ſpirantes æquore uenti,
Per mare ueliuolum ſoliti iactare carinas.
Ergo abſumpta forent mihi cuncta uiatica,robur
Omne uirûm,noſtri niſi diua miſerta fuiſſet
Aequorei uatis Protei generoſa propago
Idothea.eius enim pectus mea damna mouebant.
Hæc igitur mœſto à ſocijs mi occurrit eunti.
Inſula piſcanteis hamis quo tempore curuis
Illa fame exhauſtos ſocios inuiſa tenebat.
Ergo mihi his adſtans fatur dea uocibus ultro:
Deſipis ánne hoſpes,quæſo,hactenus?an mage ſtultus?
An'ne uolens ceſſas?gaudéſque doloribus aſper,
Quòd tenet iſta diu iam te inſula?nec tibi quæquam
Spes reditus ſupereſt?ſociûmque abſumitur ardor?
Hæc ait:at uerbis reſpondi his protinus audax:
Eloquar.O quam te memorem dea?nam dea certè es.
Inuitus teneor regionibus hiſce,deûmque
Cælicolûm offendi nuper pia numina demens.
At tu(nanque dei cognorunt omnia)fare
An'ne meum remoratur iter deus?impedit ecquis
Mi reditum,lato quæſitum ante omnia ponto?
Vix prece finita dea ſic mihi pulchra profatur:
Quæ petis,hæc hoſpes referam tibi uera libenter.
Sueuit in his Proteus uerſari Aegyptius oris,
Verax nempe ſenex,maris inter numina notus,

Neptuni

Neptuni egregius noscénsque profunda ninister
Quo me commemorant cuncti genitore creatam.
Hunc capere insidijs ualeas si forte petitum,
Ipse iter expediet uates, spatiúmque uiarum,
Quóque modo reditum uentosa per æquora captes.
Quin atque illa tibi referet, si nosse labores,
Quæ domibus bona cunque tuis, mala quæque patrata
Contigerint dum te uia dura ac longa fatigat.
Sic dea. tunc olli respondens talia fabar:
Insidias quibus aggrediar, mi ostende, marinum
Diua senem: noscens fugiat neu uincula doctus:
Nanque deum haud capiat facilè è mortalibus ullus.
Hæc ego uix dederam, dea quum mihi talia reddit:
Cuncta tibi quæcunque petis, certissima dicam:
Sæpe senex, medios quum sol accenderit æstus,
Egreditur pelago Proteus, non fallere doctus,
Sub zephyri flatus spuma circundatus atra:
Egressúsque cauis hinc somno indulget in antris.
Hunc turpes circum phocas dormire frequentes
Aspicias, imo egressas (ut sæpe) profundo,
Spirantes tristem pelagi uenientis odorem.
Huc ego te inductum, quum cras aurora nitebit,
Ordine in insidijs statuam. tu delige ternos
Qui tibi præcipui comites è nauibus adsint.
Quin occulta senis teneas ut cuncta marini,
Informes primùm phocas numerabit, & illas
In numerum cogens, ad quamque, ut cernat, adibit.
Dormiet hinc medijs porrectus, ut in grege pastor.
Hunc somno implicitum postquam aspicietis ab alto,

Sit uobis robúrque animi,uis promptáque cordi:
Atque illic cohibete ſenem uel abire uolentem.
Omnia enim uertet ſeſe in miracula rerum
Quæ terram irrepunt,ignem,fluuiúmque liquentem.
Comprimite at uinctum uos tempore firmius illo.
Verùm ubi uerba ſenex hominis tandem ore loquetur,
Qualis erat dulci quum ſoluit membra ſopore,
Tunc heros tunc ſolue deum,uis tum omnis & abſit,
Et uatem rogita quo numine læſus aberres,
Vndiſono reditum non tutus quærere ponto.
Hæc fata,æquoreas ſubijt dea protinus undas.
Aſt ego me ad naues referens in littore ſtantes
Ceßi,multa animo uoluens mecum ardua prompto.
At poſtquam ad puppes adij,pelagúſque profundum,
Nóxque ſuperuênit gratæ poſt tempora cœnæ,
Aequoris accipimus proiecti in littore ſomnum.
Sed roſeas aurora comas ubi protulit orta,
Multa precans ſuperos propter mare ſedulus atrum
Feci iter,ex omni ſocijs tribus agmine lectis,
Viribus initi quorum mi ad cuncta liceret.
Hîc egreſſa ſinu pelagi mihi diua recentes
Quattuor apportat phocarum ex æquore pelles,
Direptáſque recèns:fraudem innectítque parenti.
Cúmque prius foueas in littore diua cauaſſet,
Nos,reſidens donec peruenimus,illa morata eſt:
Ordine nóſque locans contexit pellibus omnes.
Sic diras poſiti inſidias ſentimus,odorem
Lethiferum experti phocarum.nanque marinum
Quíſnam hominum iuxta cetum iacuiſſe ualeret?

S ed me ea seruauit, magnóque iuuamine fouit.
A mbrosiæ siquidem bene olentis munere nares
S ubleuit cunctis, cetíque extinxit odorem.
H oc pacto integra tolerantes luce manemus.
A t densæ è pelago digressæ in littore phocæ
O rdine distendunt uenienti membra sopore.
A duenit inde senex ardenti sole reuisens
P ræpingues phocas cautè, cunctásque recenset:
I n quarum numerum cum nos comprenderet, omnes
C redit abesse dolos: porrectúsque ipse quiescit.
I rruimus clamore: manus simul inde iacenti
I nijcimus. tunc ille suæ non immemor artis,
H orrendi primùm se uertit in ora leonis:
P ôst pardi & faciem suis induitúrque draconis:
D einde liquens fluuius, procera hinc extitit arbos.
T endimus ergo magis tum uincla tenacia cuncti.
A st ubi uicta senis tandem est patientia magni,
M e rogitat, uerbísque affatur talibus orsus:
Consilio cuius mihi, dic age, fretus Atride,
V incla dei inuito nectas: quorum indigus adsis.
Sic ait: atque seni respondi hæc uerba marino:
S cis Proteu, scis ipse (neque est te fallere cuiquam)
V t me hæc dura diu tenet insula: nulla malorum
V t mihi finis adest, robúrque in corde labascit.
N unc tu proinde refer (superi nanque omnia norunt)
Q uísne deûm iratus reditu me excludit acerbè,
P iscoso ualeam ne credere uela profundo?
Hæc ubi dicta dedi, respondit talia uates:
S acra Ioui diuísque alijs ubi rite dedisses,

Debueras nauim conscendere,ut ocyus altam
In patriam ueherere tuam,maria aspera sulcans.
Nam proprios nec adire lares,neque cernere amicos
Nec patrios fines dederint tibi fata,priusquam
Aegyptum à superûm fluitantem rege reuisas,
Sacra deísque illic hecatombas munera reddas,
Qui cæli regnant in uertice,morte carentes.
Sic iter optatum dederint tibi numina diuûm.
Hæc ait.ast animi fractum mi in pectore robur.
Nam per iter longum plenúmque labore iubebat
Aegyptum repetentem,alto me credere ponto.
Hæcce tamen uati respondi uerba marino:
Rite senex quæcunque mones,perfecta dabuntur.
Nunc age fare precor(nec te mentirier æquum est)
Nauibus incolumésne omnes rediere Pelasgi,
Quos abiens Troia Nestor,quósque ipse reliqui?
An'ne graui quisquam propria est in naue peremptus
Funere?an in sociûm manibus post tempora belli?
Vix prece finita Proteus mihi talia reddit:
Ne pete:non istæc te noscere oportet Atride.
Non animum explorasse meum.nanque omnia postquam
Audieris,lachrymis subitò pia lumina solues.
Multi horum cecidere etenim,multíque relicti:
At duo ductores tantùm periere Pelasgûm
In reditu.pugnæ quippe inter & ipse fuisti.
Vnus adhuc uasto retinetur denique ponto,
Inclytus instructis perijt cum nauibus Aiax,
Quem prius ad Gyras pelagi regnator adegit,
Ingentem pelago petram,eripuitque procellis:

E reptúsque foret letho, licet ille Mineruæ
I nuisus, mala ni, post impia uerba, tulisset.
D ijs se etenim inuitis maris effugisse ruinam,
A udijt excelsa iactantem uoce, profundi
A rbiter, & ualidis manibus capit inde tridentem:
H oc quatiens Gyræa in partes saxa reuulsit.
C onstitit hîc moles, cecidit pars altera ponto:
Q ua primùm residens mala plurima pertulit Aiax.
N anque illum arripiens, undosa per æquora uexit.
S ic heros perijt, salsas postquam ebibit undas.
F ugit fata tuus frater: nam puppibus illum
M agna Iouis coniux seruauit ab æquore tutum.
C umque esset Maleæ iamiam uenturus ad altæ
S axa, superueniens Regem arripit ecce procella,
L atáque per ponti fert æquora, multa gementem,
E xtremam in campi partem, quo tecta Thyestes
I ncoluit quondam, quæ tunc Aegisthus habebat.
I nteger at postquam reditus mox cognitus, illinc
F lamina dij rursus uertunt. hi ad nota reuersi
L imina. sic patriam in terram descendit Atrides:
O scula cui non pauca dedit, lachrymásque calentes
L uminibus fudit uisa tellure libenter.
P rotinus hunc specula uidit, quem Aegisthus in alta,
D um struit insidias Regi impius, antè locarat,
B ina talenta auri spondens. speculator in annum
P ollicitus curam, cauit, clàm ne ille rediret.
E rgo Thyestidæ hæc speculator in atria currens
N unciat: isque malas extemplo uersus ad artes,
C ollocat è populo bis denûm lecta uirorum

Corpora in insidijs, epulas alibíque parari
Mandat, dira mouens animo. tum curribus ipse
Fertur equisque pium ducturus in atria Regem:
Quem pôst incautum cœna exceptúmque peremit,
Rusticus ut mactare bouem ad præsepia sueuit.
Hîc neque de socijs ullus superauit Atridæ,
Nullus & Aegísthi: domibus cecidere sed omnes.
Sic ait: at mi animi uis concĭdit omnis. arena
Proinde sedens flebam: nec, fracta mente, lubebat
Viuere præterea, radios neque cernere Solis.
Ast ubi mi extincta est lachrymarum immensa libido,
Alloquitur uates me uocibus hisce marinus:
Sit modus assiduis lachrymis iam, rector Atride:
Nullus enim illarum est usus: quin optime tenta
Ocyus ut patriam repetas, terrámque reuisas:
Nanque illum aut uiuum offendes, aut clarus Orestes
Præueniens letho dederit: tu funera cernes.
Hæc ubi dicta senex uates dedit, inclyta sensi
Quanquam afflicta prius, lætari in pectore corda.
Sic igitur Proteo uelocia uerba profabar:
Horum ego fortunas noui. nunc illius ede
Nomina, qui pelago retinetur tertius alto.
An perijt? nanque ista dolens quoque nosse laboro.
Sic ego: sed uates mihi reddidit hæcce marinus:
Nempe Ithacam coluit Laërtæ clara propago:
Quem flentem aspexi iamdudum ubi tecta Calypsûs
Insula habet clarum ui dura heroa tenentis:
Non patriam interea repetit generosus Vlysses:
Nanque illum instructæ naues socijque parati

Deficiunt,

D eficiunt,opera quorum lata æquora fulcet.
A t tibi non Argis,ubi gloria floret equorum,
C onceſſum eſt fatis mortem Menelaë ſubire.
E lyſium in campum,latæ ad confinia terræ,
Q uæ Rhadamanthus habet loca,te pia numina mittent,
H umano generi queis uita facillima in oris,
S ed neque nix,neque hyems ibi multa,nec humidus imber:
L enia quin illuc Zephyri ſpiramina ſemper
O ceanus recreans mortalia corpora mittit:
Q uandoquidem diuûm es gener,idem Helenæque maritus.
 His dictis pelago Proteus ſe condidit alto.
T unc ego me refero ſocijs comitantibus inde,
M ulta mouens animo,ad ſtantes in littore puppes.
E rgo ad eas ubi deuentum eſt,& ad æquora ponti,
I nſtruimus cœnam,cum iam nox humida cælo
I rrueret,gratum capimúſque in littore ſomnum.
A ſt ubi detexit roſeos aurora capillos,
T um primùm in uaſtum naues protraximus æquor:
V eláque pòſt illis malóſque adiunximus.inde
C uncta cohors ſociûm tranſtris conſedit,& albam
E ruit ex undis ſpumam,maria aſpera uerrens.
Ae gypti repetens igitur monſtrata fluenta,
E t ſtatuens puppes,Hecatombes dona peregi.
S ic ira diuûm placata,& numine ſancto,
C onſtruxi tumulum monumenta perennia fratri.
M ox abij:uentum ſuperíque dedere ſecundum,
Q uo citus in charam patriam ſpirante reuerti.
N unc domibus reſidens noſtris age nate quieſce,
N os undena dies ſeu dum duodena reuiſat:

Tunc etenim eximijs donis discesseris auctus,
Curru, & equis tribus, accipies crateráque lectum,
Quo libare queas dijs immortalibus, imo
Pectore conseruans semper nostrum inclyte factum.
Hæc ait: atque olli respondit Vlysse creatus:
Ne me, oro, hic multis Menelaë morare diebus:
Ad tua nanque annum integrum si tecta sederem,
Nulla domus caperet, me nulla cupido parentum:
Nanque tuis uerbis, dulci & sermone quietus
Hic fruor: interea Pyliûm tristantur in urbe
Mi socij. tu me hic nimium retinere laboras.
At quæ dona offers, pulcherrima delige porro.
In patriam non ducere equos ego scilicet ausim,
Sed pergrata tibi linquam oblectamina, latis
Regnanti in campis, Lotos queis multa, Cyperus,
Zeaque, frumentúmque, atque hordea candida crescunt.
Apta Ithacæ cursu desunt loca, pratáque: capris
Apta magis, pascente & equos ea gratior extat,
Insula queis nulla est agitandis commoda, latum
In pelagus deflexa: Ithaca & minus omnibus una.
Hæc ait: atque olli fortis subrisit Atrides:
Accipiénsque manu iuuenem sic fatur amicum,
Talia quum loqueris, præclaro es sanguine cretus.
At mutata tibi (nam id possum) dona dabuntur.
Munus enim pulchrum eximiè precióque relinquens
Post se cuncta, dabo, quæ nobis cunque supersunt:
Perfectum ut solido argento cratêra reportes,
Cui labra ex auro circùm perfecta feruntur.
Vulcani illud opus, dederat mihi Phædimus olim

Sidoniûm

S idoniûm rector, quum me eius tecta reuersum
C ontexere illuc: tu me præbente fruêris.
Hæc illi inter se uario sermone serebant:
A tria conuiuæ sedenim petiere tyranni.
H i duxere & oues, generosáque uina tulerunt:
E t panem uxores mensis posuere propinquis.
S ic igitur laribus quum cœna paratur Atridæ,
A nte domos Laërtiadæ collecta procorum
T urba pauimento, quo multa iniusta patrarant,
D iscorum & iaculi certamina dura subibant,
E quibus Antinous simul Eurymachúsque sedebant
P ræstanti illorum cœtus uirtute regentes:
Q uum Phronij hos adiens soboles præclara Noëmon
A ntinoum dictis affatur talibus ultro:
Nouimus Antinoë, an potius non certa tenemus,
Q uum Pylon huc linquet rediturus Vlysse creatus?
N ostra uectus abit iuuenis rate, qua mihi porrò
E st opus, in latam ut uehar Elida. scilicet illic
B is denas mihi equas pascunt, mulósque sub illis
I ndomitos, aliquem ducens quorum ipse domarim.
His dictis stupuere proci: neque enim antè putarant
A d Pylon aduectum iuuenem, sed margine campi
L anatúmue gregem, aut fidum petijsse subulcum.
Antinous Phronij tum nato hæc reddidit audax:
D ic age, quando abijt iuuenis? dic & quibus ille
E x Ithaca lectis comitantibus? an mage seruis,
C onductísque hæc acta dabit mercede profectus?
Q uin age uera mihi (ualeam quæ nosse) referto:
I nuitóne tibi nauim abstulit, ánne libenter

Congreſſo dulci tecum ſermone dediſti?
Sic ait Antinous:ſic olli deinde Noëmon:
Conceßi nauem ipſe lubens,quam nemo petenti,
Præſertim eximia decorato mente,negaſſet.
Difficile hæc eadem fuerat renuiſſe uolenti.
Séque dedêre illi comites delecta iuuentus
E populo:aſpexíque ducem conſcendere nauim,
Mentora ſiue deum.per cuncta ſimillimus olli
Nam fuit.at ſtupeo.diuinum here Mentora uidi
Nanque ſub auroram.tunc in Pylon ire parabat.
Hæc fatus,notas rediit genitoris ad ædes.
Obſtupuere animis ergo indignantibus ambo:
Atque alij ſedere proci certamine miſſo:
Quos inter mœſtus uerba hæc eſt farier orſus
Antinous,mentem uehementi percitus ira,
Terribilémque oculis contorquens feruidus ignem:
Prò ſuperi,exactum quantum eſt opus,idque ſuperbè
Hæc iuueni tranſacta uia eſt,quam poſſe negantes
Confieri,à puero multi deludimur.ille
Præcipuis populi lectis,rate uectus abiuit,
Afferat ut nobis primùm mala.Iuppiter atqui
Perdat eum potius,nobis quàm callidus obſit.
Nunc mihi uiginti ſocios,celerémque carinam
Tradite,ut inſidias redeunti moliar arcto
Obſeruans Ithacámque inter Samon atque profundo:
De patre ſollicitus ne puppe impune uehatur.
Hæc ait:hæc omnes eadem laudare iubentes:
Confeſtímque domos adeunt patientis Vlyßi.
Penelopen latuere diu neque dura procorum

Verba

V erba: Medon olli nam præco rettulit, extra
L imina qui residens aulæ, percepit eorum
C onsilia, intra aulam iuuenes quæcunque dedissent.
P enelope hæc igitur dicturus currere præco:
I cario ad quem sic uenientem creta profatur:
Fare, proci mihi te quur præmisere ministrum?
D iuini ancillis iniungas ánne mariti
V t cessent opera, atque procis conuiuia curent?
P ostremam hanc utinã cœnam experiantur in hisce
V ersantes semper tectis, unámque procantes,
Q uandò hic lecta manus uictum consumitis omnem
T elemachi prudentis opes, neque credita uestris
A udistis patribus quondam puerilibus annis,
O mnibus his mitem quàm sese ostendit Vlysses,
N on quenquam rebus solitus, non lædere uerbis,
E populo, summis qui mos in regibus extat,
H os ut ament, & in hos odio uehemente ferantur:
C um meus iniustis dederit mala nulla maritus.
N unc mens uestra tamen, nunc facta indigna uidẽtur:
G ratia nam meriti est elapsis nulla diebus.
Hæc ait: at prudens olli inquit talia præco:
I mmensum hoc regina malum (neque falleris) esset:
G randius at longè multóque molestius audent
C onsultare proci: quod Iuppiter arceat auctor:
N anque parant duro redeuntem occidere ferro
T elemachum, clari qui casum ut fortè parentis
A udiat, in Pylon & claram Lacedæmona abiuit.
His dictis uires reginam ac pectoris ardor
V erbáque defecere diu: lachrymísque repleuit

Lumina:nec potuit lenes emittere uoces:
Reddidit haecce tamen praeconi serius orsa:
Fare Medon, cur natus abest? quid oportuit, oro,
Conscendisse rates, pelagi quae semper equorum
Vsum ferre uiris solitae, uasta aequora sulcant?
Extinguine homines inter sibi nomina poscit?
Sic fata est regina. Medon sic ilicet olli,
Haud scio necne deus quisquam excijt: an mage fretus
Consilio ille suo petijt Pylon, audiat illic
Vt patris aut reditum, aut qua uitam morte resoluit.
Haec effatus abit diuini ad limen Vlyssis.
Reginam hic ingens dolor arripit: ac neque sella
Sustinuit residere, licet plerisque paratis.
Nanque pauimento thalami se maesta reclinans,
Edidit ingentes luctus: fleuere ministrae
Quotquot erant domibus, iuuenes, senioque grauatae:
Ad quas effuse lachrymans regina profata est:
Audite haec charae: me nanque doloribus unam
Ante alias nobis aeuoque & moribus aequas
Auxerunt superi. generosum quippe maritum
Amisi dudum, ornatum uirtute, bonumque,
In Danais cuius uiget Hellade nomen & Argis:
Nunc natum obtruncare parant, inglorius hocce
Limine digressus qui me clam nuper abiuit.
Heu durae: neque me lectis excire iacentem
Debuerat uestrûm quaeuis, cum nosset apertè
Quum caua Telemachum puppis suscepit euntem?
Nanque iter admonita id iuuenem tentare, negassem
Discessum cupidè properanti quanlibet audax:

Extinctam

Extinctam aut dirus liquisset in æde parentem.
Ergo senem Dolium quisquam properantius, eia,
Aduocet huc, (seruum genitor quem celsa petenti
Hæc mihi tecta dedit. mea nunc pomaria custos
Seruat) ut hæcce ferat Laërtæ protinus adstans:
Consilij siquod contexens cautus acumen,
Ad populos lugens adeat, qui perdere claram
Eius & egregij prolem aggrediuntur Vlyssis.
Sic ait: at nutrix olli Euryclia profatur,
Me si nympha lubet charissima transfode ferro,
Seu missam facito domibus: tibi uera fatebor:
Non me iter hoc latuit: iuueni, quæque omnia iussit,
Dulce merum cereremque dedi: ac iurata recepi
Bis senos non ante dies id pandere factum,
Ni cuperes, natum nouisses ue ipsa profectum:
Ne flendo corpus uiolares mæsta decorum.
Tu puras potius uestes nunc indue lota:
Et famulas ducens penetralia ad intima, supplex
Pallada prognatam summo Ioue nata precare:
Quæ tibi seruabit dilectum à funere natum.
Afflictóque seni ne curam hanc adde: putarim
Nanque Arcesiadæ genus immortalibus esse
Non odio prorsus: sed erit, reor, inde superstes
Qui lætis potiatur agris, atque ædibus altis.
Hæc anus: atque olli lachrymandi extinxit amorem.
Induitur uestes regina hîc lota nitentes,
Et secum ancillas ascendit ad intima ducens.
Obtulit inde molam qualo, orauitque Mineruam:
Clara Iouis soboles, bello metuenda uirago,

Hæc audi: quandoque meus uir in ædibus olim
Si tibi crura boum aut ouium delecta cremauit,
Nunc memor illorum, natum mihi protege diua,
Hísque procos laribus Tritonia pelle superbos.
Audijt alma preces ululatu diua ferentem.
Ast umbrosa proci strepitum per tecta dederunt:
E tumido quorum sic farier agmine quisquam:
Præparat eximios hymenæos pulchra petenti
Penelope, neque Telemacho scit funera texi.
Farier hæc aliquis, fuerant nec ut acta tenebant:
In quibus Antinous uerba hæcce frequentibus infit:
Mittite felices temeraria uerba sodales
Cuncta simul, ne quis genitrici hæc nunciet intus.
Quin age seruantes occulta silentia, cœptum
Perficiamus opus, nostris quod mentibus hæret.
Viginti hæc fatus socios ex agmine legit
Egregios: celeremq́ue petunt in littore nauem.
Altum ergo in pelagus primùm traxere carinam:
Hinc malum statuunt, aptantq́ue patentia uela:
Pelliceis remos innectuntq́ue ordine loris,
Singula prout decuit: simul albáque lintea tendunt:
Armáque suscipiunt, præbentibus omnia seruis.
Tum firmata mari puppis: quam scandere cuncti:
Cœnatíque manent donec uenit hesperus ollis.
Regina at prudens penetrali in sede iacebat,
Non sanè illa cibo aut soluens ieiunia potu:
Quin animo uoluens, an mortem filius atram
Effugeret, domitús ne procorum occumberet armis.
Sic inuasit eam meditantem singula somnus,

Quæ leo densa hominum conclusus cunque corona
Hoc metuens, cogi quòd se intra retia cernat.
Dormijt ergo artus dulci resoluta sopore.
Hîc olli immittens simulacrum bellica finxit
Vndique corpus eo referens muliebre Minerua
Iphthimæ Icario *genitæ, quam duxerat heros*
Vxorem, qui tecta Pheris Eumelus *habebat.*
Idolum hoc igitur dea mittit in atria Regis,
Si mœstæ ac lachrymas fundentis diua perennes
Reginæ assiduum sedaret Cæsia *luctum.*
Ingrediens igitur quà claustrum lora serabant,
Constitit illius supra caput, atque ita fatur:
Dormis Penelopea *animum mœroribus angens?*
Non te (crede) sinent, queis uita facillima, diui,
Mærentem lugere diu. tibi nanque redibit
Filius, haud superis inuisus ob impia facta.
Penelope *huic prudens respondit talia contra,*
Prædulci in somni foribus detenta sopore:
Nam quæ te causa huc duxit germana, profare,
Visere nos nunquam solitam? cum longius absis:
Méque iubes multis cessare doloribus, ut qui
Sollicitis animum curis mentémque fatigent?
Nanque bonum amisi generosumque antè maritum,
Cunctis conspicuum uirtutibus, inque Pelasgis
Egregium: cuius uiget Hellade *nomen, &* Argis.
Nunc puer hinc abijt rate filius, isque labori
Non assuetus adhuc, non idem mercibus aptus.
Durior est huius proin quàm mihi causa mariti,
Atque uni timeo, ne quid patiatur in illo

Quem petijt populo:pelago neu fortè pererrans.
Insidias hostes etenim plerique pararunt,
Vt prius hunc perimant,quàm littora nostra reuisat.
Hæc ait: atque obscura olli respondit imago:
Fide age dispellens animo turbata dolorem.
Talem nanque ducem est nactus,quem semper adesse
Quisque sibi optaret.pollet Tritonia porrò,
Quæ miserata tuos animi generosa dolores,
Me tibi præmisit dicturam hæc omnia dudum.
Penelope hîc olli respondit talia contra:
Siue dea es,seu uoce deæ monita hæcce recenses,
Coniugis ærumnas refer infelicis Vlyssi:
An superest,neque adhuc crudelibus occubat umbris?
An Stygij potius descendit in atria Regis?
Sic mulier:cui mox obscura ita reddit imago:
Id Regina quidem per me non noris apertè,
Viuat,an occiderit:stultúmque est uana referre.
His dictis ualuæ per claustra recessit imago,
In uentósque abijt.dulci Regina sopore
Inde soluta,hilari percepit gaudia corde,
Irruerant in eam quòd somnia nocte profunda.
Interea pelagi sulcabant æquora uasti
Telemacho mortem properans manus apta procorum.
Saxosa at medio quædam iacet insula ponto
Asteris.hæc Ithacámque inter iacet,& Samon inter,
Parua,sed insidijs portus naualibus illic
Semper utrinque patent.hic insedere Pelasgi.

HOMERI ODYSSEAE LIBER QVINTVS.

ET iam prima noua lustrabat lampade terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile:
Ast immortales consessum iuere frequentes:
Cũ quibus altitonãs, cui summa potẽtia cælo.
Ergo illis repetens casum infelicis Vlyssi
Detenti nymphæ domibus, sic Cæsia fatur:
O pater, ô superûm genus immortale deorum,
Nec bonus aut prudens posthac neque sceptrifer ullus
Rex mitis, neque iustitiæ sit cultor, & æqui,
Sed potius durus sit quisque, sed impius olim.
Nulla etenim populis clarus quos rexit Vlysses,
Vtque pater fouit, benefacti mentio restat.
Insula nunc miserum magnísque doloribus auctum
Detinet, atque sua remoratur in æde Calypso,
Qua nequit in patrios prohibente redire penates,
Quandoquidem naues illum socijque uolentes
Deficiunt, opera quorum maria aspera sulcet:
Quin olli in patriam redeuntem occidere natum
Nituntur, chari sortem qui nosse parentis
Vt queat, in Pylon & Lacedæmona nuper abiuit.
Hæc dea: cui nubes cogens ita Iuppiter infit:
O mea progenies, nam cur tam dura locuta es?
Nónne animos illuc adhibes, quòd scilicet omnes
Hosce superueniens ferro obtruncabit Vlysses?
At tu (nanque potes) iuuenem nunc sedula mitte
Vt patrias redeat duce te non læsus ad oras,

Atque proci infectis repetant sua limina rebus.
Sic ait: & Maia genito dehinc talia mandat:
Vade age nate uoca Zephyros,& labere pennis,
Auricomæque refer nymphæ quæcunque deorum
De reditu miseri sententia censet Vlyssis,
Vt redeat,non ille hominum ductú ue deorum,
Compacta at multis uinclis rate,plurima passus:
Bis dena in Scheriam præpinguem luce feratur
Phæacum in patriam,qui dijs oriuntur amici:
Vtque deum heroëm uenerati,ad tecta remittent
Exoptata diu,patriæque ad littus amatæ,
Ae re auróque graui locupletem,& uestibus amplis,
Quot sorte ad Troiæ capturus mœnia sacræ
E præda haud fuerit,non si integer inde redisset:
Nanque olli fatis & amicos cernere uisum,
Adque altas remeare domos,patriamque cupitam.
Hæc pater omnipotens:ad quæ Cyllenius ales
Se parat: & primùm pedibus talaria nectit
Aurea,quæ sublimem alis siue æquora supra
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.
Tum uirgam capit.hac diuûm internuncius ales
Dat somnos miserisque adimit mortalibus ut uult.
Hanc igitur manibus gestans secat æthera uelox,
Pieriamque petens,primùm descendit ad æquor,
Radit auique laro similis dehinc ocyus undas,
Quæ pelagi sinubus pisces uenatur oberrans,
Et multa humentes reddit salsugine pennas.
Huic diuûm interpres similis uolat æquora supra.
Insula quem postquam longè posita accipit,alto

Egressus

Egressus pelago terram petit, adque Calypsus
Speluncam ingentem properans concedit, & intus
Comperit eximio præstantem corpore nympham,
Accensumque ignem Thyo Cedróque reposta,
Insula diuinum quarum spirabat odorem.
Ipsa intus dulci se denim dea uoce canebat,
Percurrens radio telam, quam cœperat, aureo.
Speluncam nymphæ circum sylua alta uirebat
Clethra, Alnúsque, & olens Cyparissus, culmine quarum
Innumeræ somnum capiebant nocte uolucres,
Bubones atque accipitres, cumque hisce marinæ
Cornices pelago nunquam discedere doctæ.
Speluncæ at uirides uitis circundare ramos
Flexilis, & plenos producere sueta racemos.
Quin illic nitidis & fontes quattuor undis
Vicini inter se quisque in diuersa fluebant:
Prataque erant uiolis apióque uirentia multo.
Proinde illuc isset si diuûm ex ordine quisquam,
Laudasset formámque loci, lætúsque redisset.
Constitit hic, auideque oculis pellecta probauit
Ales Aristoriden qui quondam occiderat Argum:
Speluncamque petit. nec contrà nesciit illum
Auricoma aspiciens uenientem diua Calypso:
Quandoquidem inter se superi nouere beati,
Vel si longinquas horum quisquam incolat oras.
Nec Laërtiaden sanè Cyllenius intus
Comperit: in sicco residens nam littore flebat,
Quo lachrymas fundens, animúmque doloribus angens
Sederat, immensi spectans prius æquora ponti.

T *um ſic Mercurium alloquitur formoſa Calypſo,*
C *onſpicua,ut decuit,ſellaque locata nitenti:*
N*am quæ te Maia ſate cauſa huc egit,amicum*
V *t ueterem,rarò ſic limina noſtra petentem?*
F *are age,ſi quid habes: mens id mi abſoluere ſuadet,*
S *i liceat,reddíque exactum denique poßit.*
H *uc ades hoſpitij tamen antè ut pignora ſumas.*
H*æc fata apponit menſam ueneranda Calypſo,*
A *mbroſiámque ſuper:tum nectare pocula rubro*
I *mplet:at ille cibo poſthac potúque quietus*
I *ndulſit:gratæque hilaratus munere cœnæ,*
R *eſpondit nymphæ Cyllenius hæcce roganti:*
A*duentus cauſam noſtri dea poſcis:& omnem*
V *t ſe habet,accipies,ea quam cognoſſe laboras.*
M *e pater omnipotens renuentem huc inclyta miſit:*
N *am quis ſpontè maris tantum tranſcurreret æquor,*
N *on ullam inueniens ſpacijs ingentibus urbem,*
Q *uæ dijs ſacra ferens hecatombes munera reddat?*
S *ed licitum nulli ſuperûm,contemnere ſummi*
I *uſſa Iouis,neque decreta immutare Tonantis.*
F *antur adeſſe uirum tibi diua,miſerrimus horum*
Q *ui fuerit,quotquot Troiæ ſub mœnibus altis*
B *ella nouem geſſere annos,decimóque ruentes*
P *allados in patriam læſerunt numen euntes:*
P *roinde ea crudeles ijs excijt æquore uentos:*
I *ntegrúmque heros ſociorum perdidit agmen:*
A *ſt ipſum huc uentúſque ferens & fluctus adegit:*
Q *uem miſſum ut facias confeſtim,nuncius adſum:*
N *am procul à charis non ille peribit amicis,*

Cernere

C ernere quos illi fatum est, ac posse reuerti
O ptatam in patriam, tectique ad limen auiti.
Sic ait: auditus riguit queis alma Calypso:
R espondensque deo uelocia uerba profatur:
Durum estis nocuúmque dei genus ilicet omnes,
C oncubitus hominum soliti inuidisse deabus,
S i qua uirum cupiens ex ijs dilexit apertè.
S ic quum Aurora sibi delegerat Oriona,
I nuidêre olli, queis uita facillima, diui,
D onec in Ortygia Phœbi germana nitentis
H unc ueniens pulchris occidit casta sagittis.
I asiona Ceres itidem quum pulchra foueret,
O lli & amicitia & lectis commixta frequenter
P inguibus in campis, & facti uenit ad aures
F ama Iouis, pater hunc percussit fulmine summus.
M ortalem mihi nunc ijdem inuidistis adesse,
Q uem rate confracta turbata per æquora uectum,
E ripui pelago, summi quum rector olympi
I llius abscissam disiecit fulmine puppim.
Q ua cuncti illius comites quum clade perissent,
H uc ipsum uentusque ferens undæque tulere.
D ilectum hunc alui miserata, deúmque futurum
P romisi, arriperet quem nunquam curua senectus.
A t quia iussa Iouis superûm non irrita cuiquam
R eddere, nec præter licet ire, intercidat heros,
S i iubet infido sese committere ponto
I uppiter hunc. etenim non me duce missus abibit,
C um mihi nec naues, nec prompti in nauibus adsint
R emigio socij, quorum secet æquora ductu:

Quin illum monitis, retegens obscura, iuuabo,
Vt charas patriæ tandem reuehatur ad oras.
Hæc dea: Mercurius contrà cui talia fatur:
Hunc age mitte, grauem deuitans numinis iram,
Sæuiat iratus ibi ne regnator olympi.
Hæc effatus abit uigilem qui extinxerat Argum.
Ad Laërtiaden sed enim ueneranda Calypso
Cessit, ubi accepit summi mandata Tonantis.
Littore qui solo residens de more perennes
Fundebat lachrymas: meliorem dulcis & æui
Partem absumenti, non iam ultrà nympha placebat,
Quam propter noctes longas dormire coactus,
In specubus uastis cupienti inuitus adesset:
Perque dies saxis residens, aut littore sicco,
Densáque cum lachrymis ducens suspiria, & alto
Corda dolore premens, uastum spectaret in æquor.
Lugentique adstans, ita mœstum affatur Vlyssem:
Fundere iam lachrymas, animúmque absumere mitte
Infelix: tibi iam per me discedere tutum.
Ergo age ligna seca ferro prælonga, coaptans
Inde ratem, super atque trabes huic adijce rectas,
Altè, ut te ualeat portare per æquora, fixas.
Ipsa tibi cererem, lymphásque, & uina decenter
Rubra dabo, ne dira fames te lædat euntem.
Adijciam hinc uestes, uentum & post terga secundum
Submittam, incolumis patriam quo flante reuisas,
Id modò si superi dederint, quos sustinet axis.
Me siquidem hæc norunt melius, perfectáque reddunt.
His nymphæ dictis metuit generosus Vlysses,

Respon-

Respondénsque deæ uelocia uerba profatur:
Iam tu nympha aliud, reditum non mente uolutas,
Per tumidos pelagi quũ me rate currere fluctus
Difficiléſque iubes, quos uix ſulcare carinæ
Maiores ualeant uentis felicibus actæ.
Proinde ratem inuita nunquam te ſcandere tentem,
Ni dea iurando ſpondes mihi iure, futurum
Me læſum ut nullo dimittas optima damno.
Hæc ait: auditis ridens queis diua Calypſo
Heroëm manibus mulcens, hæc reddidit olli:
Impius es certè, uerſutè & callidus heros,
Talia qui nobis meditatus dixeris. ergo
Audiat hæc Tellus, cælúmque hæc deſuper amplum,
Et Stygis unda atro per Tartara gurgite currens,
Dij cuius iurare timent & fallere numen,
Non aliud tibi me damnum molirier ullum,
Quin tibi proſpiciens, eadem quippe illa parabo,
Quæ mihi conſulerem ſimili compulſa ruina.
Non iniuſta meo mens pectore, ferreus aut mi
Eſt animus, ſed qui miſeris ſuccurrere norit.
Extemplo his dictis præcedere candida cœpit,
Poſtque deæ clarus ueſtigia pergit Vlyſſes:
Speluncámque cauam pariter petiere profecti.
Conſidet hîc heros ſella qua ſederat antè
Mercurius: gratúmque cibum nympha obtulit olli,
Eſſet ut ebiberétque, homines queis uiuere ſucti.
Heroëm at contra ſedit dea. nec mora, promptæ
Ambroſiam apponunt famulæ nectárque ſedenti:
Adque manus epulas ambo extendêre paratas.

P ostquam exempta fames, compressus amórque bibendi,
T alibus alloquitur generosum heroa Calypso:
V iribus ingenij præstans Laërtia proles,
V t nunc in patriæ moliris littora terræ
I re citus, læto sic concipe gaudia corde.
N anque ea si nosses, tibi quæ toleranda supersunt,
E xoptata prius patriæ quàm tecta reuisas:
H isce lubens mecum fruerere penatibus, atra
M orte carens, animúmque tibi non grata moueret
V xor, eam quanuis noctésque diésque reposcas:
Q ua tamen inferior non sum, non corpore pulchro
I ngenióue minor. quis enim conferre deabus
C orpore mortales & formæ dotibus ausit?
Sic dea: cui contrà prudens ita fatur Vlysses:
H ac ueneranda mihi ne quæso irascere causa:
E t sanè haud dubitem non forma aut corpore tecum
P ræstanti uxorem contendere posse relictam:
N anque ea mortalis: tu nunquam diua senescis.
S ic tamen ipse uelim, cunctis cupiámque diebus
I re domum, patriæque reuisere littora terræ.
Q uòd superûm pelago siquis me perdat in alto,
C uncta feram, condens immensos corde dolores.
N am mala sum passus iam plurima, multáque bello,
A equore multa tuli, quibus hæc adiungier optem.
Hæc ait: atque imas sol est demersus in umbras.
O lli in speluncæ secessum ad celsa profecti
F ulcra, toro Veneris petierunt munera notæ.
P rotulit at postquam bigas aurora rubentes,
I nduitur solitis extemplo uestibus heros,

Alba

A *lba deam tenuisque tegit, contextáque mira*
A *rte: sed & lumbis accincta est aurea nymphæ*
Z *ona: super capitíque adductum ante omnia uelum.*
T *uncque dea optanti reditum perfecit Vlyssi.*
N *anque olli ancipitem primùm dedit ipsa securim,*
I *ngentem, ære grauem solido, cui pulcher inesset*
E *x olea factus capulus. postque ascia sumpta est.*
E *xtremum ducente dea Laërtius heros*
I *nde nemus petit, arboribus quod creuerat altis,*
C *lethra, Alno, ad summum protensáque abiete cælum,*
I *amdudum siccis, leuiter quæ adstructa natarent:*
Q *uas ubi sollicito ueneranda ostendit Vlyssi,*
R *ettulit ad notos sese regina penates.*
A *st opera celeri secuit ligna inclytus heros.*
V *iginti arboribus cæsis ergo, hasce securi.*
E *xpoliens, rectas ad amussim reddidit omnes.*
A *ttulit hîc terebras properanti diua Calypso.*
Q *ueis Laërtiades terebrauit secta coaptans,*
T *rans cuneis figénsque eadem compacta peregit.*
V *tque pauimentum mira faber arte poliret,*
Q *uæ pelago uectet prægrandia pondera, nauis*
S *ic heros agilem absoluit latámque carinam.*
T *um rectos statuit contos densósque peritè,*
Q *ueis longas adhibet tabulas, fixásque coërcet.*
E *rigit hîc intus malum, cui congrua cessit*
A *ntenna, & nauim qui dirigit æquore temo.*
V *iminibus structam circundedit inde salignis*
(V*t maris arcerent fluctus*) *densæque reuinctis.*
A *ttulit interea generosa huic lintea nympha,*

E *quibus exactè perfecit, ut omnia, uelum.*
A *lligat inde pedes intus, funésque rudentésque,*
A *tque ratem in latum protraxit uectibus æquor.*
O *mnia quæ postquam quarta heros luce peregit,*
M *ittit ab Ogygia quinta illum dia Calypso,*
L *otum, & odoratis intectum uestibus: utres*
A *pposuítque duos: uino alter plenus ut atro*
E *sset, aquis alter. quin multa uiatica sacco*
A *diecit, necnon delecta obsonia: demum*
I *nnocuum ac lenem uentum submisit eunti.*
O *mine quo lætus, uelum protendit Vlysses,*
A *c nauim temone regit, non ille sopori*
D *editus, obseruans sed Pleiadas atque Bootem*
S *erius occiduas uisentem scilicet oras:*
D *ehinc Arcton, certo plaustrum cognomine dictam,*
Q *uæ se illic uertens magnum aspicit Oriona:*
O *ceaníque eadem est expers uel sola lauacri.*
H *anc etenim læua linquentem parte Calypso*
I *usserat heroem pontum sulcare profundum.*
Septima post decimam sic lux affulsit eunti.
O *ctaua ast olli cœpit Phæacia montes*
O *stentare suos, ut queis iam proximus esset.*
H *anc primùm, ut pelago tenebras, exurgere uidit.*
E *cce autem Aethiopum rediens Neptunus ab oris,*
E *Solymis longè conspexit montibus alta*
A *equora sulcantem: atque ingentes concipit iras.*
T *unc quassans caput, hæc effudit pectore dicta:*
A dijs, heu, reditum obtinuit Laertius heros,
A *ethiopum petij lautas quo tempore mensas:*

P hæacum terrámque audax iam attingit Vlysses.
S i petet hanc, spondent finem olli fata malorum.
S ed tamen huic non pauca etiam toleranda supersunt.
Congregat hæc fatus, nubes: sæuúmque tridentem
A rripiens, pelagus turbat. dehinc omnia cogit
P rælia uentorum: cum queis ruit oceano nox
I nuoluens umbra magna terrámque polúmque.
V nà Eurúsque Notúsque ruunt, Zephyrúsque sonorus,
H orrifer & Boreas uoluens altum æquore fluctum.
E xtemplo heroi soluuntur frigore membra.
I ngemit: hæc secum dein mæstus uerba profatur:
Heu quid iam peius misero mihi denique restat?
H eu metuo mihi ne sit uera effata Calypso,
Q uum monuit pelago hausurum me damna priusquam
I n patriam ueherer: quæ iam perfecta dabuntur.
H eu quianam tantos induxit in æthere nimbos
I uppiter, inuertens pelagus? quísnam impetus eheu
V entorum omnigenûm? mors nunc mihi certa reposta est.
F elices Danai, quos térque quatérque beatos
M ors tulit Atridis ad Troiam grata ferentes.
N ónne illa satius fuerat me luce perire,
Q uum petijt telis acies me Troïca densis
E xtincti circum bellantem corpus Achillis?
N anque mihi inferias Danai cum laude tulissent:
O bscura nunc fata parant me perdere morte.
Talia iactantis fluctus caput impulit ingens:
I mpulsum exigua circúmque in naue rotauit.
E xcidit hîc heros procul à rate, proijcit atque
T emonem è manibus. medium tum frangere malum

Vndarum mixtim ac uentorum immensa procella.
Quin cecidere mari uelúmque antennáque longè
Vndis ipse diu iacuit reuolutus in altis:
Nec tulit hunc ingens confestim emergere aquæ uis,
Vestibus, alma olli dederat quas nympha, grauatum.
Serius exiliens tristes tamen euomit undas,
Quæ capiti effluerent multæ, streperentque cadentes.
Ac neque sic fessus nauis curam abijcit, audax
Sed pelago sese impellens, illam arripit ultro,
Et lethi fugiens alas, rate sedit in ima,
Quam sæui huc illuc agitabant æquore fluctus.
Ac ueluti Boreas Autumni *tempore spinas*
Dense inter sese nexas impellit in agris,
Sic pelago nauim uenti in diuersa ferebant.
Nam Notus, *ut* Boreæ *raperetur flatibus, illam,*
Et Zephyro quandoque Eurus *mittebat agendam.*
Interea errantem Cadmo *sata conspicit* Ino
Leucothea, antè quidem mortali munere uiuens,
Sed quæ nunc superûm pelago sortitur honores.
Hæc igitur Laërtiaden *miserata dolentem,*
Assimilis mergo uolitans super æquora fertur,
Et rate diua sedens, misero sic fatur Vlyssi:
Fare age, tam rigidas curnam Neptunus *in iras*
Progressus, pelago tibi tot mala præbeat atro:
Nanque nec iratus quãuis tibi finiet æuum.
Nunc tamen hoc facito (prudens mihi nanque uideris)
Vestibus abiectis uentos agitare per æquor
Mitte ratem, & manibus reditum pete denique nando
Phæacum in terras, queis iam seruabere tutus.

Nunc immortalem substerne hanc pectore uittam,
Qua neque damna feres fretus, neque funus obibis.
Verùm ubi contigeris iucundæ littora terræ,
Fluctibus egressus quamprimum hanc abijce ponto
A terra procul, ac tete ad contraria uerte.
Hæc ubi dicta dedit, uittas dea præbet Vlyßi:
Ipsa autem mergo similis se mittit in undas:
Quam niger adueniens contexit in æquore fluctus.
Quare animo secum dum plurima uolueret heros,
Ingemuit, talésque effudit pectore uoces:
Heu uereor ne quis superûm me fraude petitum
Rursus agat, rate quum me hortatur nare relicta.
Sed neque adhuc parêre uelim, cum longius absit
Quam modò prospexi terram, qua seruer ab undis.
Hoc tamen efficiam (nanque hoc præstare uidetur)
Donec ligna sua compagine fixa manebunt,
His residens patiar constanti corde dolores:
Cum tamen unda ratem concusserit, æquore nabo.
Consilijs neque enim potero melioribus uti.
Talia iactabat secum generosus Vlysses,
Atque olli in pelago fluctum exciit Ennosigæus
Immensum, horribilem, percußitque alta gementem:
Ac siccæ ueluti paleæ si uentus aceruum
Impetijt ualidus, cunctas huc raptat & illuc,
Sic quoque ligna ratis disiecit fluctus: at uni
Ille, ut equum quisquam conscenderet, hæsit eorum:
Exuit & uestes quas olli diua Calypso
Tradiderat: uittámque simul sub pectore nectit:
Brachiáque extendens, pronus se misit in undas,

N are paratus: eum pelagi cum prospicit alti
R egnator, quassansque caput, simul hæcce profatur,
Sic mala multa ferens, ponto iactatus oberres,
D um uersere uiris regalibus intermixtus.
S ed tua nec reddes hoc damna leuißima pacto.
Impulit hæc effatus equos, Aegásque petiuit,
E ximiè structas ubi lætior incolit ædes.
A tque hic cæruleis oculis metuenda uirago
G rata ferens Laërtiadæ sic fluctibus acto,
S edauit reliquos ne flarent æthere uentos:
V elocémque ciet Boream: tum frangit & undas,
R emigio donec celebris Phæacia tellus,
H eroëm à tetro seruatum funere cepit:
Q ui geminas noctes totidem lucésque per æquor
E rrando, instantem cernebat pectore mortem:
T ertia sed postquam lux olli apparuit orta,
C essauit Boreas, placidum pellacia pontum
P uráque peruasit, terram quum clarus Vlysses
P rospexit longè fluctu sublatus in altum.
V tque solet natis genitoris grata uideri
V ita, tulit multos morbi si fortè dolores,
C onsumptúsque diu fortunam sensit acerbam,
Q uum faciles olli superi cessere salutem:
S ic grata heroi tellus conspectáque sylua est.
P roinde illam pedibus properans contingere, nabat.
A t postquam è terra clamantem audisse ualeret,
A uribus ad cautes pelagi fragor accidit eius.
N am fracti in sicco resonabant littore fluctus
C um fremitu, nec spuma locum non texerat omnem.

Nam

N am neque erant apti naues concludere portus,
D epresso at cautes in littore, surdáque saxa.
E rgo animi lassum defecit robur Vlyssem:
H æcque gemens secum suspiransque infit ad auras:
Me miserum, omnipotens nam cernere littora postquam
I nsperata dedit, secuíque hæc æquora nando,
I am mihi non ullus pelago patet exitus alto.
L ittus acuti implent scopuli, quos undáque circum
I nstrepit, & leue hinc consurgit ad æthera saxum.
A lta autem nimis est scopulos quæ uerberat unda,
V t nequeas firmare pedes ereptus ab orco,
N e duro illidat saxo me exire parantem
A rripiens fluctus, labor & mihi cedat inanis.
S in diuersa petens mage lenia littora quæram
P ortubus apta magis, coniectans brachia ponto:
T um uereor ne me tumefacta procella reportet
V ndosum in pelagus, suspiria longa trahentem:
N eu fortuna mari mihi pòst contraria, cetum
C oncitet ex illis quos educat Amphitrite.
I n me iratus enim sæuit regnator aquarum.
Talia dum secum generosus uersat Vlysses,
F luctus eum rapiens ciectum ad littus agebat,
Q uod laceram huic pellem, confracta quod ossa dedisset.
C onsilio ast illum iuuit Tritonia prompto.
N anque manu saxum suspirans cepit utraque,
T antisper tenuítque, ruens dum transiit unda.
Q uam postquam effugit, refluensque hanc impetus egit,
P ercussit miserum, longéque abiecit in æquor.
A c uelut egreditur fouea quum polypus alta,

S *ustinet hærentes ex omni parte lapillos,*
I *llius è ualidis manibus sic plurima saxo*
P *ellis adhæsit, eúmque intexit in æquore fluctus.*
I *nclytus hic heros fati extra iura perisset:*
C *onsilium at Pallas maturum præbuit olli:*
Q *uandoquidem egressus confracto in littore fluctu*
E *xterius nare incepit, si fortè uideret*
D *epressum aut littus, uel sicco in littore portum.*
A *t fluuij postquam liquentis ad ostia nauit,*
C *ommodus est illic uisus descensus Vlyssi,*
V *t scopulis uacuus, nec uento obnoxius ulli.*
N *ouit enim porro fluitantem, est sicque precatus:*
Rex *audi, quicunque ille es: tua numina supplex*
N *anque peto ex undis, Neptuno inuisus atroci.*
A *bijcienda etenim non est dijs cura uirorum*
E *rrantes quicunque adsint. tua pulchra fluenta*
N *unc uelut accedo, & genua ad tua, plurima passus:*
S *ed miserere tamen rex optime supplicis, oro.*
Sic *ait: at subitò cursum amnis sistit & undas,*
C *uncta prius tranquilla ferens, ádque ostia tandem*
S *eruauit miserum. flexit genua ilicet heros,*
R *obustásque manus: fluctus nam corda domarat:*
E *t tumidum iam corpus erat: tum naribus undas*
E *que ore aspiceres multas fluitare. subinde*
S *emianimis iacuit, cumulo uictúsque malorum.*
V *erùm animi postquam redit in præcordia uirtus,*
Q *uam dea præbuerat, soluens à pectore uittam,*
P *roijcit in fluuium qua parte excurrit in æquor:*
A *tque illam in pelagus fluitantem protinus Ino*

Læta

L æta capit. post quæ miser amne egressus Vlysses
I ncubuit iuncis, terræ dans oscula matri:
H æcque ferens secum suspiria plurima duxit:
H ei mihi quid patior? quæ iam ultrà damna subibo?
D ifficilem hanc fluuio noctem si degere tentem,
H eu metuo ne me gelidæ cum rore pruinæ
V iribus absumant defectum, animíque uigore.
F rigidus aurora è fluuijs nam spiritus exit.
A t si umbrosa petam nemoris secreta propinqui,
M éque labor frigúsque sinant requiescere densis
A rbustis, dulci resolutum membra sopore,
P ræda feris timeo ne certa rapacibus addar.
H æc tamen utilior misero sententia uisa est.
E rgo petit syluam, qua fons surgebat aperto
P ropter eam campo: duóque hîc arbusta subiuit
I nter se connexa, oleastrum, oleámque uirentem:
Q uas neque uentorum perflarat spiritus unquam,
N ec Solis radij penetrare, nec humidus imber
Q uiuerat. implicitis inter se creuerat harum
V traque sic ramis: sub queis Laërtius heros
S e condens, lecti in morem cumulauit aceruum
F rondibus adstructis, quarum esset copia præstò,
Q uæ texisse uirûm duo seu tria corpora possent
H yberno uel si sæuissent tempore uenti.
E rgo torum aspiciens simul est lætatus Vlysses:
I n medióque cubans, se frondibus undique texit.
N on aliter torrem multo cinere occulit agri
R usticus extrema, cui deest uicinia, parte,
S emina conseruans ignis, ne extincta requirat,

Q uàm sese folijs generosus texerit heros.
P rotinus ergo olli somnum Tritonia misit,
D amnorum ut caperent obliuia grata iacentem.

HOMERI ODYSSEAE LIBER SEXTVS.

AErumnis igitur domitus somnoq; iacebat
Egregius Laërtiades, quũ Pallas in urbẽ
Phæacũ ad populos se cõtulit ægide clara:
Qui campos habitasse tuos Hyperia feruntur,
Finitimi quõdã Cyclopibus, ijsq; minores
V iribus, à dira mala plurima gente tulisse.
Q uare hos Nausithous deducens optimus illinc
T raditur in Scheria sedem posuisse remota,
E xornans urbem muro, domibúsque beatis,
Ae dibus atque sacris, postquam diuiserat agros:
V erùm is iamdudum Stygias inuiserat umbras:
T unc etenim Alcinous regalia sceptra gerebat.
C æsia concessit proin huius in atria Pallas,
V t reditum eiecto miserata pararet Vlyssi.
E rgo subit thalamum prudens Tritonia pulchrum,
Q uo gratum Alcinoi capiebat filia somnum,
I ndole Nausicaa formáque æquanda deabus.
A t geminæ famulæ formosæ utrinque iacebant,
C ura quibus thalami, & custodia credita ualuæ.
H ic thalamum ingreditur similis dea cæsia uento:
C onstitit & supra caput illius, hæcce profata,

R *emigis eximij natæ aßimilata Dymantis,*
(Hæc erat æquæuæ ex animo dilecta puellæ)
H *anc igitur referens Pallas, sic farier orsa est:*
T*e nimis, ut uideo, segnem edidit inclyta mater,*
S *ustineas pulchras tibi cum sordescere uestes.*
I *am præstò tibi sunt hymenæi, ornata decenter*
S *is quibus, atque alios ornes, qui te optima ducent:*
N *am rectè his homines sequitur bona fama peractis,*
G *audiáque ad charos permanant magna parentes.*
N *unc age loturæ, quum lux se ostendet, eamus:*
N *am tibi me sociam dederim, quî prompta pareris:*
V *irgineum perdes quandò ocyus ipsa pudorem.*
T *e siquidem lecti proceres ex agmine multi*
P *hæacum poscunt, quorum alto es sanguine creta.*
P *roinde hortare patrem, quum cras aurora nitebit,*
V *t mulas currúmque paret, quo cuncta uehantur*
V *estimenta tibi, peplíque, & stragula uestis.*
I *psáque eo melius multo uectabere, quàm si*
I *re pedes cupias, cum sint procul urbe lauacra.*
H*æc ubi dicta dedit, conscendit Pallas Olympum,*
Q *uo firmam memorant sedem constare deorum,*
Q *ui neque concutitur uentis, pluuiáue madescit,*
N *ec niuibus tegitur, sed purus semper in illo*
E *t nebulis aër uacuus, candórque serenus,*
Q *uóque oblectantur superûm pia numina diuûm:*
I *lluc diua abijt, postquam est affata puellam.*
A *urora hîc oriens lectis exciuit ab altis*
N *ausicaam placidæ miratam insomnia noctis:*
Q *uæ charis properè dictura parentibus, alta*

A tria percurrens, inuênit in ædibus illos:
N anque foco genitrix ancillis cincta sedebat,
P urpureas ducens lanas formosa, patríque
C oncilium ad Regum magnorum occurrit eunti:
A d quod eum illustris Phæacum turba uocarat.
E rgo patrem uirgo dictis affatur amicis:
Nónne mihi instrueres genitor charissime currum,
S ublimem, solidum, uestes ut protinus omnes
A d fluuium lotura feram, quæ sordibus horrent?
T e quoque Phæacum positum decet ordine primo,
C oncilium puras adeuntem sumere uestes.
Q uin & sunt domibus nati tibi quinque, mariti
Q uos inter duo sunt, crescunt alijque per annos:
C onsessumque horum, lota sine ueste recenter
N on ullus peteret: mihi quæ sunt omnia curæ.
Hæc effata, nouos hymenæos dicere apertè
N on est ausa patri, qui sensum accepit, & olli
R eddidit hæc: Tibi non mulas aliúdue negare
N ata queam: famuli currum tibi proinde parabunt,
Q ualem chara petis: tu rectà flumen adito.
Hæc ubi dicta dedit, famulis Rex inclytus aptè
C urrum ornare iubet, qualem eius nata petisset.
Q uæ properè, ut fuerant iniuncta, exacta dederunt.
E thalamo hinc uestes operosas regia proles
E xtulit, & curru posuit generosa polito.
A t formosa cibos uarios huic mater in arca
T radidit, apponens obsonia, & utre lyæum:
A ureus accessit quibus & lecythus oliui,
Q uo secum ancillas præclara perungeret omnes.

Ergo

E rgo altum uirgo currum conſcendit,habenas
A ccepítque manu,ſimul inſonuítque flagello
P ercutiens mulas.magno hîc ruit impete currus
A ſportans ueſtes multas,paritérque decoram
N auſicaam,& quotquot delegerat illa miniſtras.
A t fluuij poſtquam ad clari uenêre fluenta,
L ympha quibus facerēt ſpecioſa lauacra perennis,
S ordida uti quanuis cuncta expurgare ualerent,
A curru famulæ mulas ante omnia ſoluunt.
V icinum has amnem propter ſiuere ſubinde
P aſcentes gramen prædulce errare:ſed ipſæ
E curru accipiunt ueſtes,undíſque madentes
I n foueis magno properè certamine calcant:
D ein lotas,cunctíſque à ſordibus expurgatas
L ittore diſtendunt ſicco,quà multa lapillos
V nda maris refluo quatiebat uerbere ſalſi.
E rgo ipſæ unxerunt ubi lotæ corpus oliuo,
I ndulſere cibo ripam prope fluminis alti,
D um ſiccas ueſtes ijs redderet ætherius Sol.
P oſtquam exempta fames,& amor compreſſus edendi,
A bijciunt lætæ uittas:tum denique Regis
P rima pilæ inter eas incepit filia ludum.
Q ualis ad Eurotam,aut Erymanthi culmine ſummo
E xercet Diana choros metuenda ſagittis,
A ut apri aut leuis illa ſequens ueſtigia cerui,
Q uam circum agreſtes glomerantur Oreades,ortæ
A b Ioue,præſtanti forma,cunctæque decoræ,
E xuperans Diana tamen ſupereminet omnes:
L atonæ tacitum pertentant gaudia pectus:

T alis erat famulas inter generosa uirago.
A st ubi iam ad patrios esset reditura penates,
I nstructo referens curru pulcherrima uestes,
C onsilio hoc Laërtiaden Tritonia iuuit,
N ausicaam ut somno resolutus cerneret heros,
Q ua ducente miser Phæacum inuiseret urbem.
N anque pilam ad famulam iaceret cum regia uirgo,
I n fluuium longè famula coniecit aberrans.
T ollitur hic ingens atque excit clamor Vlyssem:
Q ui residens, animóque mouens non pauca, profatur:
Heu quásnam in terras hominum me fata tulerunt!
I niusti an uiuunt reigionibus hisce, feríque:
A n magis hospitio celebres, diuósque timentes?
V irginea, ut reor, ad nostras uox aduolat aures:
N ympharum hanc dicas uersantum in montibus altis,
A ut fontes prope, uel fluuios, uallésue uirentes.
C lamarunt magis ánne uiri me propter ad auras?
Q uicquid id est tamen experiar, propiúsque uidebo.
Exilit his dictis arbusti tegmine denso,
E t ramum è sylua frangit mala passus Vlysses,
V elaret folijs ut aperta uirilia multis.
V tque leo egreditur sylua generosus, in altis
M ontibus eductus, uentos perpessus & imbres,
A tque oculis ardens, ouiúmue boúmue per agmen
C eruarúmue ruit, diráque fame excitus audet
I n ualidis clausas inuadere ouilibus agnas:
S ic nudus quanuis sese miscere puellis
V i Laërtiades prædura urgente parabat.
E rgo illas salsis afflictus & horridus undis

Terruit,

T erruit, atque omnes diuerso ad littora cursu
F ugerunt: sola Alcinoo *generata remansit:*
N anque olli ingentes animos dedit inclyta Pallas.
P roin contra heroëm dubium stetit ánne puellam
A pprendens genibus supplex oraret: eandem
A n procul adstantem uerbis leniret, ut urbem
M onstraretque sibi, & uestes præberet egenti.
H æc alternanti potior sententia uisa est
S tare procul, uerbísque prius mulcere puellam:
N e genibus prensis in se eius uerteret iram.
C onfestim dulci tum sic sermone profatur:
Te supplex regina peto, siue es dea, seu tu
M ortalis. quòd si è numero sis una dearum,
I ndole præstanti, formáque & corpore toto
D ianæ mihi pucbra uidere simillima castæ.
S in te mortalem potius terra educat alma,
O ter felices qui te genuere parentes,
T er quoque felices fratres, quos gaudia porro
M axima te propter subeunt, ubi tale frequentes
I ndugredi germen prospectant cunque choreas.
S upra alios omnes fuerit tamen ille beatus,
D otibus uxorem qui te amplis duxerit auctam.
M ortalem haud memini similem tibi cernere, siue
I lle uir, aut mulier fuerit, stupeóque uidendo.
C onsimile in Delo *celebres ad* Apollinis *aras*
C onspexi ad cælum palmæ consurgere germen:
N anque iter id multo populo comitante peregi,
Q uod mihi erat grauium pòst causa futura malorum.
I llud item stupui quondam regina uidendo

C ui simile è terra natum haud reor optima lignum,
S ic ego te stupeo mirans, ac tangere prensis
T e genibus metuo, plerisque doloribus haustus.
H esternum uicena dies me eiecit ab undis:
N anque hoc me spacio uexere per æquora fluctus.
I nsula ab Ogygia nunc huc deiectus aberro,
V t damnis alijs uexer, cum nulla quietis
S pes superet, mala multa etiam toleranda supersint.
N unc miserere tamen: nam te mala plurima passus
P rimam adij: neque te præter mihi cernere quenquam
M ortalem licuit, postquam has sum uectus in oras.
Q uare ostende urbem, quásque induar adijce uestes,
S iquam huc adueniens tecum regina tulisti.
A t tibi dent quæcunque cupis, pia numina diuûm,
T ecta, uiríque animum concordi pace ligatum:
N am potius nihil aut præstantius esse putarim,
Q uàm cum recta tenet domibus concordia nexos,
V xorémque uirúmque. hosti dolor altus, amicis
G audia, quanquam ipsos attingat summa uoluptas.
Hæc ille: Alcinoi soboles cui talia reddit:
H ospes, quandoquidem haud malus imprudénsque uideris,
F ortunásque uiris summi regnator Olympi
D iuidit ille bonis ut uult prauísque potenter,
T éque malis auxit, sunt attamen illa ferenda.
N unc quoniam nostras oras urbémque petisti,
N on tu uestis inops fueris, neque scilicet horum
I ndigus, ærumnas passo quæ tradier æquum est:
Q uin urbis per me ac populorum nomina disces:
H æc loca Phæaces habitant, urbémque propinquam.

Alcinoi ast ego sum generosi filia regis,
Phæacum in populum cui uis, cui summa potestas.
Sic ait: ancillisque iubens dein talia fatur:
An'ne uirum intuitæ fugitis? iam sistite cursum.
An'ne illum hostili deuectum huc mente putastis?
Non hic, non quisquam mortalísue humidus in nos
Damna ferens, pingues Phæacum accesserit agros.
Dijs siquidem chari sunt immortalibus altis:
Secessu at uasti quoniam maris hocce moramur
Postremi, nec quisquam alius uir nostra frequentat
Littora: cum miser hic ad nos peruenerit errans,
Hunc curare decet: nanque ab Ioue pauper, & hospes:
Et quæ parua damus, capienti grata feruntur.
Ergo illi famulæ potum præbete, cibúmque:
Et fluuio, uenti qua non flant parte, lauate.
Hæc ait. inter se hortantes steteruntque puellæ:
Quóque loco Alcinoi soboles præclara beati
Iusserat, heroëm fluuio residere iubentes,
Palliáque apponunt olli, tunicámque paratam.
Aureus accessit queis & lecythus oliui.
Abluere inde iubent illum sua membra liquenti
Flumine: quum sic est illas affatus Vlysses:
Hinc procul ancillæ consistite: nanque ego salsam
Ipse humeris spumam abluerim: pòst ungar oliuo:
Nanque diu caruit quouis nostrum unguine corpus.
Me uobis nunquam præsentibus usque lauarim:
Erubeo siquidem nudarier ante puellas.
Hæc ait. ast abeunt famulæ, dominæque renarrant
Singula: diuinus spumámque hic abluit heros,

P lurima quæ dorſo atque humeris illiſa manebat:
E t caput abſtergens, pelagi diſcuſsit odorem.
A ſt ubi iam totum ſibi corpus inunxit oliuo,
I nduit & ueſtes, dederat quas uirgo petenti:
C æſia maiorem conſpectu reddidit illum,
A uguſtúmque magis, criſpos ut uertice crines
M itteret, ac ſimiles hyacinthi floribus omnes:
N on aliter quàm qui argentum circunlinit auro
D octus ab eximia faber artes Pallade multas,
V ulcanóque, opera abſoluit non pauca peritè.
M irum infudit ei Pallas per membra colorem.
V icino pelagi tum littore ſedit Vlyſſes
O ra deo ſimilis, & pulchros corporis artus.
O bſtupuit primo aſpectu rēgina, ſuíſque
S ic ait ancillis: Mentem huc adhibete puellæ:
N on ſine mente deûm noſtras deiectus in oras
M iſcuit egregijs hic ſe Phæacibus heros.
N am prius horrendo teter mihi corpore uiſus,
N unc ſimilis dijs eſt ſummo regnantibus axe.
A tque utinam talem nanciſcerer ipſa maritum,
D egeréque hac olli uitam regione liberet.
N unc illi potum famulæ præbete, cibúmque.
Hæc ubi dicta dedit, dominæ parêre puellæ
F eſtinant, uictúmque ferunt properanter Vlyſsi.
I lle famem, ſibi quam ieiunia longa pararant,
A ppoſitis auidè extinxit, corpúſque refecit.
A lcinoi poſt quæ ſoboles generoſa plicatas
I mpoſuit curru ueſtes, ualidáſque ſub illo
A diunxit mulas: conſcendit & ipſa deinde:

Atque

Atque his magnanimum uerbis affatur Vlyssem:
Nunc hospes nostram rectà te confer in urbem,
Vt te celsa mei genitoris ad atria mittam:
Phaeacum proceres cunctos nanque hisce uidebis.
Nunc cape dicta memor, prudénsque haec mente teneto,
Dum per agros dabitur transire, hominúmque labores,
Post currum ancillis uenies comitantibus heros,
Ocyus hocque uiae duce me certissimus ibis.
Ast ubi Phaeacum claram ueniemus ad urbem,
Turris ubi excelsa est, & utroque ab littore portus,
Atque ubi sacra foro uicina est ilicet aedes
E saxis erecta ingentibus Ennosigaeo,
Angustusque aditus, nam tractae ex aequore puppes
Obtexêre uiam, cum sit sua cuique carina,
Denique ubi efficiunt ratibus propria arma, rudentes,
Atque alios funes, acuuntque ex ordine remos:
(Non etenim tenti curae Phaeacibus arcus,
Non pharetrae: at mali, at remi, celeresque carinae,
Queis pelagi tractus gaudent sulcare profundos)
Scommata, si mecum uideare, perhorreo uulgi.
Et quia Phaeacum noui genus omne superbum,
Extimeo peior ne quis sic farier ausit,
Quisnam hic Nausicaam sequitur formosus & ingens
Hospes? ubi inuentus? sanè hunc feret illa maritum.
An quenquam externum pelago quaesiuit in alto
Errantem, quòd nulla uirûm sit copia praestò?
An'ne quis oratus multa prece fortè puellae
Huc superûm caelo uenit, quem semper habebit?
Fecerit at melius quaerens aliunde maritum,

Quandò omnes nullo Phæacas honore reponit,
Quorum ipsam è numero multi petiere, boníque.
Dixerit hæc aliquis: fientque opprobria nobis:
Damnarémque aliam quæ talia cunque patraret,
Si quæquam inuitis se fortè parentibus ausit
Commiscere uiris hymenæos ante peractos.
Proinde meis aures adhibe charissime uerbis,
Alcinoo ut reditum obtineas comitésque uolente.
Est nemus alnorum, sacrum tibi Cæsia, iuxta
Idque uiam: atque ibi fons, & prata uirentia circum.
Hic patris Alcinoi delubrum, hic uinea floret
Vrbe procul, quantum uox permeet alta uocantis.
Hocce morare sedens, donec ueniamus in urbem,
Inclytáque Alcinoi capiant nos tecta parentis.
Hæc postquam ingressos adijsse putaueris hospes,
Tum te Phæacum uicinam confer in urbem,
Alcinoi rogitans quænam sint atria regis:
Quanquam ædes illas puero duce nosse ualeres.
Phæacum inter enim sublimia tecta potentum
Alcinoi similes uideas non ædibus ullas.
Hinc ubi deuenies nostros præclare penates,
Interiora celer tecti pete limina, donec
Ad matrem uenias. splendenti hæc assidet igni,
Purpureas & net lanas (mirabile uisu)
Post matrem famulæque sedent: altæ ipsa columnæ
Hæret. quin solium patris illic luce renidet,
Quo residens uinum similis dijs ebibit heros.
Hunc tu præteriens, supplex genua accipe matris,
Confestim ut reditu lætus potiare cupito,

Longius à patrijs quanquam regionibus absis.
Quòd si illam lenem offendas, si mente benigna
Te foueat, superest tibi spes certissima chari
Atria posse patris, reliquos & cernere amicos.
Hæc ait: ac torto mulas formosa flagello
Insonat: atque illæ properantes flumina linquunt.
Veloci at quaterent ubi campum ad littora cursu,
Frena tenens manibus moderantius impellebat:
Vt Laërtiades, famulæ & sequerentur euntem.
Sol cadit hic, olliq́ue nemus tenuere sacratum
Pallados. hoc primùm sedit Laërtia proles,
Et diuam supplex hac Pallada uoce precatur:
Clara Iouis summi proles Tritonia, nunc me
Exaudi miserum: precibus nanque antè fuisti
Surda meis, tunc quum me affligeret Ennosigæus.
Huic populo charus per te & miserabilis adsim.
Audijt hasce preces fundentem Cæsia: nec se
Conspicuam oranti tamen obtulit ipsa: potentem
Nam patruum uerita est, miserum uehementer Vlyssem
Qui prius afflixit, patriæ quàm ad tecta rediret.

HOMERI ODYSSEAE LIBER SEPTIMVS.

His dictis diuam orabat Laërtius heros:
Nausicaã at uelox deuexit currus in urbem.
Quæ postquã eximij genitoris ad atria uenit,
Constitit ante fores: præstóque fuere sorori
Dijs similes fratres, curru nexásque resoluunt

Ingenti mulas, uestésque in tecta reportant:
Ipsa petit thalamum: uetula atque huic ocyus ignem
E piro in patria genita attulit Eurymedusa,
Quam quondam Epiro raptam uexere carinæ
Selectum Alcinoo munus, Phæacas ut omnes
Qui regeret, responsa illis pro numine reddens.
Nausicaæ hæc igitur, primis quam eduxerat annis,
Accenditque ignem thalamo, cœnamque parauit.
Ast urbem cum iam peteret generosus Vlysses,
Multo illum nebulæ contexit Pallas amictu:
Phæacum ne si quisquam foret obuius olli,
Quisnam esset rogitans, conuicia diceret audax.
At postquam portis aderat uicinus, & urbi,
Tunc occurrit ei glauco dea lumine torua:
Gestantíque urnam similis generosa puellæ,
Constitit ante ipsum: cui sic Laërtius infit:
Nata, precor te trade ducem mi ad tecta potentis
Alcinoi, populo qui regnat in hocce beatus:
Nam miser ex Apia terra nunc hospes adiui
Hæc loca: nec quisquam porrò mihi cognitus horum
Quotquot in hac urbe & regionibus hisce morantur.
Hæc ait: atque olli respondit cæsia uirgo:
Quæ petis, illa pater me commonstrante uidebis
Atria: nanque mei sunt ædibus illa parentis
Proxima. proinde ducem tacitè me chare sequêris.
Néue horum aspicito quenquam aut affator eundo.
Nam facilè externos Phæax non ullus amarit:
Nec ferme hospitium præbent aliunde profectis:
Nauibus at genus hoc fidit uelocibus unis,

A equora queis freti sulcant. nam Iuppiter illas
V t pennas celeres dedit. aut quod mente capeßis.
Prima uiam fata haec iuit Tritonia Pallas:
P ostque deae clarus ue≈øtigia ceßit Vlysses.
V rbe igitur media Phaeacum nullus euntem
C onspexit: siquidem bello metuenda uirago,
A ëre praedenso gradientem sepsit Vlyssem,
A c multo nebulae dilectum texit amictu.
O bstupuit cernens heros portúsque ratésque,
C onuentúsque uidens Phaeacum, ac moenia longa,
C elsaque, firmata & uallis, mirabile uisu.
A st ubi uenerunt praeclari ad tecta tyranni,
C oepit eos inter sic farier inclyta Pallas:
Haec sunt illa, pater, quae dudum tecta petebas,
I n quibus eximij celebrant conuiuia reges.
E rgo aulam penetrans & limina, pelle timorem:
N anque uir in quouis opere est praestantior, audens,
E x alijs quanquam ueniens regionibus adsit.
R eginam inuenies ingressus in atria primùm
A reten proprio dictam cognomine, & ijsdem
Q ui regem Alcinoum genuere, parentibus ortam.
N ausithoum siquidem genuit maris arbiter, olim
C um forma eximiam Periboeam mixtus inisset,
M axima natarum quae uixerat Eurymedontis,
Q uem saeuos perhibent quondam rexisse Gigantes,
E xtincta illorúmque iniusta gente perisse.
H aec compressa igitur natum dedit Ennosigaeo
N ausithoum claris regem Phaeacibus olim.
N ausithous genuit Rhexenoráque Alcinoúmque:

Quorum illum occidit Phœbus sinè prole uirili,
Quam nullam huic tulerat noua nupta, sed edidit unam
Aretem, Alcinous qua uixit coniuge lætus,
Vxorem impensè ueneratus, ut esset in orbe
Vir nullus tanto uxorem dignatus honore,
Aretem quanto dignam duxere parentem
Nati, atque Alcinous, Phæacúmque inclyta turba.
Suspicere hanc etenim soliti pro numine, grato
Ore salutabant, iret quum pulchra per urbem:
Quandoquidem huic prudens animus non defuit usquam:
Consulere ut populo, ac lites dissoluere posset.
Quòd si fortè tuos animo miserata labores
Hæc fuerit, superest tibi spes certissima, charos
Posse tuæ patriæ quandoque reuisere fines.
Hæc effata abijt bello metuenda uirago
Aequor in immensum, Scheriámque reliquit amœnam.
Hinc Marathona petens & Athenas Cæsia latas,
Condit Erechthei se limine. fortis at heros
Regis tecta subit, meditatus multa priusquam
Alta pauimenti contingeret æra nitentis.
Nam uelut à Luna Phœbeo aut sidere fulgor
Egrediens magni lustrabat tecta tyranni.
Aere etenim fuerant constructi à limine muri
Ad penetrale domus: pinnis circúmque nitebant
Cyaneis, auro solidæque ante omnia ualuæ:
Argento ductique ærato in limine postes,
Argento limen superum: hoc super, aurea cornix.
Perfecti sed utrinque canes auro atque argento,
Mulciber eximia quos fecerat arte decenter,

Inclyta

Inclyta ut Alcinoi seruarent limina, semper
Expertes lethi, quos nullum absumeret æuum.
Applicitæ ast intus muris à limine primo
Ad penetrale aderant sellæ, tenuésque per illas
Dispositæ uestes, muliebrique arte peractæ:
Phæacum his soliti proceres residere cathedris,
Pinguibus intererant epulis noctésque diésque.
In sacris autem iuuenes altaribus aurei
Stabant, accensásque faces hinc inde tenebant,
Quæ noctu afferrent lucem cœnantibus æde.
Quinquaginta intus famulæ, quæque ordine longo
Pinsere seu flauæ Cereris frumenta per ædes,
Texere seu telas, aut uoluere pensa, sedentes
In gyrum, similes proceræ frondibus alni:
Textáque stillabant oleum uelamina liquens.
Sicut enim reliqui cedunt Phæacibus altum
Per mare nauigijs pulchris, uxoribus horum
Sic tela texenda aliæ: Tritonia multas
Nam dedit ijs artes, & mentis acumina promptæ.
Extra aulam porrò complectens iugera terræ
Quattuor, hortus erat, circum undique septus, & altis
Consitus arboribus: quo Punica mala uirebant,
Et Pyrus, atque suis Mali cum fructibus amplæ.
Præterea dulces Ficus, Oleæque uirentes:
Perpetui inque illis fructus, quos sicca negaret
Non æstas, neque hyems: zephyri nam flamina semper
Maturos reddunt genitos, gignuntque recentes.
Post pyra proinde pyrum, post mala senescere malum,
Post ficus cernas ficus, uuásque sub uuas.

V inea quin illic est fertilis, altera cuius
A rea siccatur Phœbea lampade, plano
P osita loco: alterius sed uinitor excipit uuas,
A ut calcat: florem perdunt aliæque subinde
N ondum maturæ: mutant aliæque colorem.
A reolæque illic distinctæ tramite recto,
S emper olus, quodcunque horti nouere, ferebant.
A t fontes intus gemini: quorum irrigat hortos
A lter: at alterius cursus sub limen in ædes
D efertur, largè præbens Phæacibus undas.
T ot superûm donis pollebant tecta tyranni:
S ingula quæ sistens multum est miratus Vlysses.
A t postquam hæc animo pellegit cuncta, penates
I ngreditur: celerique petens penetralia gressu,
P hæacum proceres rectoresque inuenit omnes
V ltima Mercurio libantes pocula diuo.
P ostremo huic etenim libabant nocte sopora.
E rgo per eximias ædes, mala passus Vlysses
T ectus ijt nebula, quam offuderat antè Minerua,
D onec ad Areten pertransiit, Alcinoúmque.
C úmque manu genibus reginam apprenderet heros,
S cindit se nubes, & in æthera purgat apertum.
O bstupuere olli tectis heroa uidentes:
C onticuere tamen: supplexque hæc infit Vlysses:
Arete eximij Rhexenoris inclyta proles,
E cce tibi, Regina, miser, claróque marito,
C onuiuisque adsum, queis uitam sancta beatam
N umina dent, bona cuncta suis & linquere natis
I n domibus, quos & populus commisit honores.

At citò

At citò mi reditum in patriæ uos tecta parate.
Nanque diu à charis absum mala passus amicis.
Hæc ubi dicta, focis in puluere sedit ad ignem.
Phæacésque illum tacitè mirarier omnes:
Quos prudens uerba hæc Echenëus rettulit inter,
Phæacum ille uirûm iam natu maximus heros,
Facundíque oris, uetera atque recentia doctus.
Ergo senex illis maturus talia fatur:
Dedecus hoc ingens fuerit, Rex optime, nobis,
Hospes humi ante focum iaceat si puluere sicco:
Híque tuum expectant nutum, neque farier audent.
Proinde iube nitido solio residere, iacentem
Attollens, fidisque merum præconibus illi
Porrigere, ut superûm libemus pocula Regi,
Supplicibus solitus qui semper adesse uerendis.
Eque tuo mox proma penu cœnam afferat olli.
Hæc Echenëus ait: queis postquam nobilis aures
Præbuit Alcinous, solertem accepit Vlyssem,
Eque foco erectum, solio locat ipse nitenti:
Laodamanta autem sibi charum ante omnia natum
Excijt: Alcinoo nam proximus ille sedebat.
Hinc manibus lymphas ancilla dat. aureus olli
Guttus, erátque lebes argenteus. inde politam
Apposuit mensam, Cereris quam sedula flauæ
Muneribus cumulat gratis, uictumque ministrat
Largius, atque hilari profert præsentia uultu.
Ergo cibo ac potu indulsit Laërtius heros.
At Rex præconem alloquitur, ac talia mandat:
Pontonoë infundens uinum cratêre propina

H

Omnibus, ut superûm libemus pocula Regi,
Supplicibus solitus qui semper adesse uerendis.
Hæc ait: at dulcem præco cratêre lyæum
Omnibus extemplo infudit per tecta minister.
Ast ubi libarunt quantum uoluere bibentes,
Alcinous claris tum sic Phæacibus *infit:*
Phæacum *audite hæc proceres, éque ordine primi,*
Quæ me cunque animus uobis effarier urget:
Perfectis epulis dormite ad uestra reuersi
Limina: mane senes orto sed cogite multos,
Hospes ut à nobis capiat conuiuia præsens,
Sacraque reddamus dijs immortalibus. inde
Huic facilem reditum lætúmque parabimus omnes,
Confestim ut nostris ratibus sua tecta reuisat
Exultans, uel si longinquas incolat oras,
Vt mala nulla miser subeat neque damna priusquam
In patriam redeat, qua perferet omnia durus,
Quæ fatum ac triplices olli neuere sorores,
Quum miserum genitrix in luminis edidit auras.
Iam superûm siquis nos cælo inuisit ab alto,
Summa parant aliud quicquam pòst numina nobis.
Nanque deos semper manifestos cernimus, ollis
Quandocunque sacras hecatombas rite paramus,
Nobiscum & celebrant conuiuia læta sedentes.
Quòd si solus iëns occurrat fortè uiator,
Non sese occultant nobis: nanque hisce propinqui,
Cyclopes ueluti sumus, & fera turba Gigantum.
Hæc ait Alcinous*: cui talia reddit* Vlysses*:*
Nunc aliud potius tibi sit Rex *optime cordi:*

Corpore

C orpore non ſimilis dijs immortalibus altis
I ngenióue adſum: mortali at ſanguine cretus
E x ijs, perpeſſos quos damna grauiſſima noſtis,
A equari ualeo quibus ipſe doloribus hauſtis.
P lurima quinetiam uobis ego damna referrem,
Q uæ toleranda mihi ſuperi miſere potentes:
A t ſinite afflictum quanuis cœnare dolenter.
I rato ſiquidem nil peius uentre, nec ullum
I lle ſui immemorem fieri ſinit improbus unquam,
N on miſerum quanuis, magnóque dolore grauatum.
P roinde animus luctum ſuadet, ſed uenter & eſſe
E t potare iubet ſemper, poſcítque repleri,
Q uæ mala cúnque tuli, cunctorum obliuia præbens.
V os, ſimul extulerit digitos aurora rubentes,
F eſtinate precor patrias me mittere in oras,
P aſſum multa licet: quin uitam morte reſoluam
R ura cupita ſemel cernens, patrióſque penates.
Sic ait: atque omnes laudarunt dicta, iubentes
H oſpitio exceptum dimittere digna locutum.
A ſt ubi libantes quantum uoluere biberunt,
P hæaces cubitum quiſque ad ſua tecta reuerſi,
L inquentes miſerum tectis heroa beatis:
Q uem iuxta Arete ſedit, formáque decorus
A lcinous. famulæque hic cœnæ uaſa reportant.
A rete inter eos tum ſic formoſa profatur.
P allium enim ac tunicam nouit, quas inclyta quondam
F ecerat eximias ueſtes, doctæque miniſtræ.
H is igitur dictis generoſum affatur Vlyſſem:
Percontor te hoſpes primùm, quis? & unde uirorum

Huc ades?hasce tibi quisnam dedit optime uestes?
Nónne huc te errantem pelago uenisse ferebas?
Hæc ait Arete:cui talia reddit Vlysses:
O Regina,graues longo sermone dolores
Promere difficile est:superi mihi nanque dedere
Innumeros.tamen hæc referam quæcunque rogasti.
Ogygia immenso longè iacet insula ponto,
Qua magni Atlantis soboles uersuta Calypso
Aedes pulchra colit dea,non mortalibus ullis
Concubitu sese miscens,cuiquámue deorum.
Vi superûm at solus cessi deiectus in ædes
Illius.omnipotens candenti fulmine nam mi
Perfregit medio disiecítque æquore puppim.
Excidio ex illo sociûm manus occidit omnis.
Ipse ima residens confractæ parte carinæ,
Per maria ad lucem nonam turbata ferebar.
Ogygia at decima me cepit nocte Calypsus
Insula formosæ:proprijs quæ sedula tectis
Exceptum curans aluitque,deúmque spopondit
Me fore,quem nunquam raperet damnosa senectus.
At mihi non animum mouit dea:sed tamen annos
Septem illic uixi,lachrymis sempérque rigabam
Quas mihi diuinas dederat nympha inclyta uestes.
Ast ubi iam octauus redeuntibus affuit horis,
Tum mihi persuasit reditum dea,siue iubente
Id Ioue,siue deæ mutata est fortè uoluntas.
Me rate proin mittens,Cereris dulcisque lyæi
Dona dedit,uestésque adiunxit nympha beatas,
Submittens facilem lenémque per æquora uentum.

S eptima post decimam sic me lux uidit euntem:
O ctaua at uestros cepit Phæacia montes
O stentare mihi. tum gaudia pectore magna
C oncepi, infelix: multos nam deinde labores
E xhausturus eram, mihi quos dedit Ennosigæus,
Q ui mi iter impediјt, commotis undique uentis:
T urbauitque fretum: cuius me scilicet undæ
N on sinerent ferri mœrentem naue per altum.
N anque ratem medio disiecit in æquore turbo:
A st ego nans undæ hoc sulcaui, donec in oras
M e uestras uentus rapiens fluctúsque tulere.
I n quas egrediens, fluctu correptus, in acten
A d surdas cautes & littora dura ferebar.
A t retro naui rursus, dum fluminis undas
I ngrederer: locus est uisus nam commodus ille,
V t neque saxosus, neque uento obnoxius ulli.
H uc animum exiui recreans. nox deinde moranti
F usca superuênit. procul ergo egressus ab amne,
A rbustis tectus iacui, lectisque uolutus
F rondibus: infuditque deus per membra soporem.
V exatus quanuis, tota sic nocte quieui
F essus ad auroram, mediæque ad tempora lucis.
V erùm ubi Sol caderet, fugit mihi corpore somnus.
N atæ hîc fortè tuæ famulas in littore uidi
L udentes, similis cum queis erat ipsa deabus.
O raui hanc supplex: nec mentibus illa benignis
E xcidit, ut iuueni te uix occurrere tali
P osse putes: neque enim iuuenes sapere aspicis unquam.
P ræbuit hæc cererem largè, laticémque lyæum:

Et fluuio lauit:dedit hasque mihi optima uestes.
Haec,Regina,licet mœrens,uera omnia dixi.
Sic ait:Alcinous contrà cui talia fatur:
Nostra parùm rectè hoc effecit filia, quum te
Aedibus haud statuit nostris,muliebre secutum
Ancillarum agmen:quã primam es quippe precatus.
Hæc ait Alcinous:cui sic Laërtius heros:
Immeritam quæso bone Rex hoc nomine natam
Ne damna:ancillas iußit me nanque sequentem
Ire:sed erubui comitantibus ire puellis,
Ne cernens animo ferres fortaßis iniquo:
Zelotypi mortale genus nam uiuimus omnes.
Tunc hæc Alcinous grata uice reddidit olli:
Non mihi rem præter,faciles cor suggerit iras,
Hospes:honesta tamen sunt cuncta decentia porrò:
Iuppiter atque utinam & uellet cum Pallade Phœbus,
Qualis es,ut mecum concordi mente ligatum
Aspicerem generum,nostræ natæque maritum.
Nanque à me,degens nobiscum hac urbe libenter,
Tecta & opes caperes.te non remorabitur ullus
Phæacum inuitum:neque faxit Iuppiter istuc:
At tibi(ut hoc noris)reditum cras ipse parabo.
Interea somno resolutus membra quiesces.
At nauem hi ducent tranquilla per æquora,charam
In patriam ut redeas,aut quò tibi cunque libebit,
Eubœa uel si mage sit locus ille remotus,
Quam spacio immenso nostri distare loquuntur
Qui uidere,illuc Rhadamanthum puppe uehentes
Visurum Tityon terræ omniparentis alumnum.

H i tamen exactum facilè una luce dederunt
I llud iter, retróque ad limina nota tulerunt.
T u quoque quàm celeres nobis sint æquore puppes.
P erspicies, qualis remósque agitare iuuentus.
Sic ait Alcinous: queis dictis lætus Vlysses
R edditus, hæc olli respondit uerba precatus:
Hæc perfecta utinam reddat regnator Olympi:
S ic etenim Alcinous terra celeberrimus alma
V iueret, ad patriæque ego tecta cupita redirem.
Hæc illi inter se uario sermone ferebant.
A t iubet Arete famulabus pulchra uocatis
P orticibus lectos insternere, purpureóque
S tragulo eos tegere, ac superaddere deinde tapetes:
M olles quin etiam uestitu apponere amictus.
E rgo id opus famulæ properant per tecta, facesque
G estantes, subitò lectos strauere: subinde
H is dictis promptæ generosum hortantur Vlyssem:
S urge hospes: lectus præstò est: somnúmque capesse.
Hæc famulæ: ast heros dormitum abit inde libenter.
Q ui somno indulgens, recreabat corpora lectis
C onditus instratis, ubi porticus ampla sonaret.
A lcinous tecti penetrali in sede quiescens
D ormijt: hunc iuxta regina cubile parauit.

HOMERI ODYSSEAE LIBER OCTAVVS.

Aurora at currus ubi protulit orta rubẽtes,
Alcinous lectis exurgit mollibus heros:
Exit & è thalamo Laërtæ *clara ꝓpago:*
Quem sacer Alcinous Phæacũ *adducit ad templum*
Conciliũ, ad curuas indictũ mane carinas.
Consedere igitur saxis exinde politis
Ordine: móxque tulit sese Tritonia Pallas
Præconi Alcinoi *faciem assimilata, per urbem,*
Ut Laërtiadæ *reditum generosa pararet.*
Adstitit ergo uiris, & sic ad quenque locuta est:
Huc age Phæacum *proceres, e̗que ordine primi*
Ite ad concilium super hospite consulturi;
Alcinoi celebres Regis *qui uenit in ædes,*
Iactatus pelago, similis dijs, corpore præstans.
Excijt his dictis uires animósque uirorum.
Conuenere igitur, plenísque sedilibus olli
Sederunt. stupuit siquidem pars plurima cernens
Prudentem Laërtiaden, *cum* Cæsia *magnum*
Infudisset ei capitique oculísque decorem,
Corporis atque habitu maiorem heroa dedisset,
Omnibus ut charus Phæacibus, *utque uerendus*
Redditus, in populo certamina plurima uictor
Perficeret, quæcunque olli delecta iuuentus
Proposit ura foret. sedenim petiere frequentes
Concilium populi, quibus hæc Rex *optimus infit:*

Phæacum proceres, animis ea figite uestris,
Imo quæ cupimus deprompta è pectore fari.
Hic errans nostras heros peruênit in ædes,
Nec scio an occiduo ánne oriente à sole profectus.
At reditum nostra certum sibi naue parari
Orat. nos illi reditum de more paremus:
Quandoquidem nullum nostra hæc ad limina uectum
Flere diu optati reditus toleramus egentem.
Insuetam ergo undis ducamus in æquora puppim:
Quinquaginta itidémque duûm fortissima cuncto
Corpora de populo totáque ex urbe legantur.
Exite hinc remis aptè per transtra reuinctis
Extemplo, & pingues epulas curate frequentes:
Nanque dabo has largè quum limina nostra petetis.
Hæc iuuenes mandata ferant, sed cætera Reges
Sceptriferi manus ad nostros properate penates,
Hospes ut accipiat conuiuia læta, nec ullus
Id neget: accersant diuinúmque urbe poëtam
Demodocum. huic etenim deus oblectamina cantus
Supra alios tribuit, quò mens cunque egerit illum.
Præcessit Rex *his dictis, alijque secuti*
Sceptriferi: præco cantorem adijtque peritum.
At lecti iuuenes quot Rex *mandarat, ad alti*
Se pelagi littus studio flagrante tulere.
Ad mare sed postquam iuuenes nauémque profecti,
Vndisonum in pelagus nigram trâxere carinam,
Tunc olli malum imponunt, ac uela ministrant,
Pellibus & sectis nectunt ex ordine remos
Vt decet, extendunt & candida uela parati.

Inde salo puppim statuunt, ad tectáque clari
Alcinoi post hæc redeunt mira arte polita.
Porticus ergo uirûm, quin septa, domúsque repleta est:
Nam plerique illuc ierant iuuenésque senésque.
Bissenas his mactat oues Rex optimus, albis
Dentibus atque sues octo, geminósque iuuencos,
Tergora queis rapiunt sectis, epulásque ministrant.
Aduenit hic cantor Musæ dilectus, ab illa
Qui cepit quondam præbente bonúmque malúmque.
Nanque oculis captum, decorauerat inclyta cantu:
Pontonous sellam apponit cui protinus inter
Conuiuas lectos, longæ applicat atque columnæ:
Et clauo citharam suspendit deinde sonoram
Cantoris supra caput, admonuítque propinquam
Accipere: & præco cistam mensámque ministrat:
Quóque sitim sedet, magnum cratêra repleuit.
Admouere manus epulis hîc turba paratis.
Postquam exempta fames, compressus amórque bibendi,
Musa dedit uati laudes ac gesta uirorum
Carmine tum celebri notóque ad sidera cæli,
Iurgia Peliden nata inter & inter Vlyssem,
Contendêre uelut lauta ad conuiuia uerbis
Inter se grauibus: quo nomine maior Atrides
Gaudebat Graiûm aspiciens contendere primos.
Sic etenim in Pytho quondam responderat olli
Delius ingresso templum, ac responsa petenti.
Principium instabat magnæ tum nanque ruinæ,
Quam superûm in Troas rector Graiósque mouebat.
Ast ea dum uates caneret, Laërtius heros

Purpuream

Purpuream manibus uestem desumpsit utrisque,
Obducens capiti,faciem texítque decoram:
Nam flere erubuit coram Phæacibus heros.
Quandocunque igitur cessabat munere cantor,
Abstergens lachrymas uestem abducebat Vlysses
A capite,& superis libabat pocula sumens.
Atque is cum rursus caneret,rursúsque iuberent
Phæacum proceres cantus dulcedine capti,
Fundebat lachrymas heros,uultúmque tegebat:
Nec populo quisquam lachrymantem aduertit in omni,
Alcinoum præter:propius nanque ille sedendo
Percepit mœsto suspiria corde trahentem.
Remigio claris tum sic Phæacibus infit:
Phæacum audite hæc proceres,éque ordine primi,
Iam gratis nobis epulis satiata libido est,
Iam cithara,sequitur quæ epulas postrema uoluptas:
Nunc agite egressi certamina cuncta subire
Experiamur,út hic referat pòst hospes amicis
In patriam rediens,alios quàm uincimus omnes
Cæstibus,& saltu,& cursu,duráque palæstra.
Exijt hæc fatus princeps,alijque secuti.
At præco citharam clauo suspendit adunco,
Demodocúmque manu capiens,eduxit ab altis
Aedibus,atque uia cæcum deduxit eadem
Qua proceres ibant,certamina ut illa uiderent.
Ergo olli petiere forum,quos turba secuta est.
Hîc iuuenes multi consurrexere uigentes,
Acroneus,cúmque Ocyalo surrexit Elatreus,
Nauteúsque,Primneúsq; etiam,Anchialúsq;,& Eretmeus,

P onteúsque Proteúsque, Thoon, Anabesineúsque,
T ectonidæ Anchialus Polyneíque inclyta proles.
E uryalus similis gaudenti cæde Gradiuo,
N aubolidésque omnes & forma & corpore uincens
P hæacas, præter generosum Laodamanta.
T res itidem Alcinoo generati ex ordine surgunt,
L aodamásque, Haliúsque, ac diuinus Clytonëus.
H i primi celeris petierunt præmia cursus.
E rgo à carceribus cursum cœpere, simulque
P uluerulenta omnes campi per plana ruebant.
V eloci at cursu Clytoneus uincere cunctos.
Q uantus enim est mulis ubi culta noualia scindunt,
T erminus, ille alios omnes post terga reliquit.
D ifficili iuuenes certarunt deinde palæstra:
V ictori Euryalo cuius data præmia palmæ,
A mphialúsque alijs saltus prælatus honore est.
A st omnes disci certamine uicit Elatreus:
L aodamas satus Alcinoo dein cæstibus omnes.
V erùm ubi cunctorum est ludis satiata libido,
L aodamas socijs hæc infit rege creatus:
Nunc agite ô socij quæramus ab hospite, num quod
C ertamen didicit: neque enim malus esse uidetur.
S i femora aspicias, si crura manúsque, supérque
C eruicem ingenti præstantem robore, necdum
E xcessit robur: cumulo tamen ille malorum
V ictus adest: siquidem nihil æquore peius opinor
C oncussisse uirum, ualido sit corpore quamuis.
Hæc ille: Euryalus contrà cui talia fatur:
R ectè hæc Laodama narras, & cuncta decenter.

A ccedens uerbis compella proinde benignis.
At postquam Alcinoo satus audijt hæcce, profectus
C onstitit in medio: tum sic affatur Vlyssem:
Huc hospes concede pater, certamina tenta,
S i quod doctus ades: nam te decet illa tenere.
M aior enim nulla est uiuenti gloria cuiquam,
Q uàm quod obit proprijs manibus, pedibúsque peregit.
N unc age, siquid habes, animóque expelle dolores.
N on iter usque diu cupies: nam puppis in æquor
I amdudum tracta est, socij sunt iámque parati.
Regius hæc iuuenis: cui sic Laërtius heros:
C ur mihi Laodama mordentes hæcce iubetis?
M i dolor est longè mage quàm certamina curæ:
P lurima quandoquidem subij mala, multáque passus
H oc uestro sedeo cœtu, reditúmque cupitum
A Rege exposco precibus, populóque coacto.
Hîc olli Euryalus respondens talia fatur:
H uic ego te similem haud credam, certamina doctè
Q ui sciat illa, homines inter quæ multa feruntur.
T e magis huic similem dicam, qui puppe sedendo
I mperitat nautis, curátque negocia ponto,
Q uíque onerum memor est, custósque uiatica seruat,
L ucra aut rapta: neque es similis certamina docto.
Hîc illum toruè aspiciens, ita fatur Vlysses:
H aud rectè hæc hospes dixti: iniustúsque uideris.
S ic non grata uiris superi dant cuncta potentes,
I ngenium, formam, atque orandi scilicet artes.
V ilior est aliquis formæ nam sæpe decore,
A t speciem uerbis ornat deus, huncque libenter

P rospicit orantem populus, uiréſque beati
S uſpicit eloquij, ſuperat quibus ille coactos:
P érque urbem incedens, pro numine cernitur ipſis:
A ſt alius forma ſimilis dijs naſcitur altis:
I llius at nulla eſt inſulſis gratia uerbis.
S ic te conſpicuum uultu uoluere potentes
R eddere cælicolæ, uanum ingeniúmque dederunt.
A t mi animum charo mouiſti in pectore, uerba
R ecta parùm, fundens, ſed nec certamen, ut inquis,
O mne mihi ignotum eſt: quin me reor ordine primo,
R obore dum fruerer ſolido, manibúſque fuiſſe.
N unc mala me paſſum multi afflixere dolores
E xhauſtum belliſque uirum, pelagíque procellis.
S ic tamen afflictus, certamina ueſtra ſubire
E xperiar, uerbis turbatus pectora duris.
Hæc dicens, ipſa diſcum cum ueſte prehendit
I ngentem, ſolidum, ac uincentem pondere cunctos,
P hæaces quibus inter ſe certare ſolebant.
H unc circuntorquens manibus proiecit Vlyſſes.
A t lapis inſonuit: cuius perterrita iactu
P hæacum ad terram ſeſe omnis turba reclinat:
S igna ſupergrediens ſed tranſiit omnia ſaxum
P rævalidis miſſum manibus: cui cæſia ſignum
A ſſimilata uiro proponit Pallas, & infit:
Luminibus captus ſignum hoc dignoſceret hoſpes
C ontrectans: neque enim reliquis iacet intermixtum,
A t longè primum. proinde hoc certamine fide
P ræmia Phæacas inter tibi certa reponi.
Hæc dea: queis dictis multum eſt lætatus Vlyſſes,

Gaudens

G audens quòd ſocium in certamine uidit amicum.
L enius eſt igitur Phæacibus hæcce locutus:
Huc agite ô iuuenes, ueſtrûm pleroſque putarim
Q uò ieci, diſcum, aut iactum longius eſſe.
E x alijs ſedenim quæ cor mihi ſuggerit audax,
E xperiamur age hic (nam me irritaſtis & ultro)
C æſtibus aut lucta aut pedibus nullum ipſe recuſem
P hæacum è numero, ſolum extra Laodamantem:
N anque hoſpes meus eſt. quis enim contendat amico?
D emens ille quidem eſt, & nullo dignus honore,
Q ui dura hoſpitibus certamina proferat hoſpes,
E xterno in populo peiora ſibi omnia reddens.
A ſt alium nullum temno, nullúmue recuſo,
Q uin contra experiar quenuis cognoſſe laborans.
M e ſiquidem nullo (quot ſunt) certamine damnes.
T endere nanque arcus & contrectare politos
E didici, primúſque uirum læſiſſe ſagitta
A gmine in hoſtili poſſem, uel plurima adeſſet
S i ſociûm manus, atque ea tendere docta ſagittas.
M éque Philoctetes arcu ſuperauerat unus,
T roianum in populum cum Græcia flecteret arcus.
A ſt alios à me credam ſuperarier omnes
Q uotquot terra homines cereali munere nutrit.
N am priſcis auſim nunquam contendere, quales
A mphytrioniades, atque Eurytus Oechalienſis,
Q ui certare deis arcu uoluere ſupremis.
C onfeſtim perijt proin Eurytus, inque paternis
A ttigit haud ſenium laribus: nam percitus ira
A udentem hunc arcu ſecum contendere, Phœbus.

Perdidit.ipse hastam iacio quò nempe sagittam
Nemo alius.cursu Phæacum uincere nequis
Me ualeat,metuo.nam me domuere furentes
In pelago fluctus,deiectum à puppe profundum
In mare:quæ cunctos artus mihi causa resoluit.
Hæc ubi dicta dedit,fecere silentia cuncti:
Alcinoúsque olli respondit talia solus:
Ingrata inter nos hospes non ista recenses,
Virtutem cum laude tuam quum ostendere pergis,
Iratus iuueni,qui te in certamine laudis
Dixerit expertem,nequis contemnere téque
Virtutémque tuam ualeat,qui congrua norit.
Nunc audi quæcunque loquar,quæ heroibus ipse
Pòst alijs referas quum tecta paterna reuises,
Coniuge cum chara natísque epulabere lætus,
Virtutem recolens nostram,quo rector Olympi
Nos opere à patribus doctos excellere cessit.
Non pugiles sumus egregij,duráue palæstra
Conspicui,at pedibus celeres,& puppibus apti:
Nos citharæ choreæque iuuant,conuiuia semper,
Multiplices uestes,lecti,calida atque lauacra.
Phæacum ergo agite huc primi saltare periti,
Saltate,ut charis referat pòst hospes amicis
Quum sua tecta petet,reliquos quàm uincimus omnes
Nauibus,& cursu ac cantu,quantúmque choreis.
Demodoco ast alius citharam nunc ferre sonoram
Festinet nostris laribus per tecta iacentem.
Sic ait Alcinous:post quæ consurgere præco,
Regali citharam laturus ab æde sonoram.

Tum

Tum lecti è populo, queis publica cura dedisset
Iudicij leges pulchro in certamine, surgunt,
Ac quaruntque locum choreæ, latúmque theatrum
Fecerunt: præco citharam fert inde sonoram
Demodoco, qui se medium tulit. ergo iuuentus
Florida consurgit saltus choreæque perita:
Percutiuntque solum pedibus. miratur Vlysses
Proinde pedum iactus crebros: stupuítque uidendo.
Personat at cithara diuinus carmina uates
Pulchra super Veneris formosæ ac Martis amore,
Vt mixti inter se Vulcani in limine primùm
Clàm fuerint, dederítque is multa, cubilia turpans
Vulcani regis, subitóque ut nuncius huic Sol
Venit, concubitu qui hos uiderat intermixtos.
Quod postquam accepit commota Lemnius ira,
Artis ad arma suæ redijt, mala multa uolutans:
Incudem & statuens magnam, fortißima cudit
Vincula, nexa modis miris, ut fixa manerent.
Cúmque dolos Marti struxisset percitus ira,
Exijt è thalamo, & qua tecti parte iacebant,
Fulcra toríque prius circum undique uincula fudit:
Desuper è trabibúsque inspersit multa politis,
Tenuia, quæ nullus ceu fila uideret arachnes,
E superûm numero: fecit sic cuncta dolose.
At postquam fraudes thalamis instrauerat omnes,
Egregiè structam Lemnum perrexit in urbem:
(Nanque ea cunctarum est olli gratißima tellus)
Aurea lora tenens. hæc Mars speculatus ab alto est.
Ergo ubi Vulcanum digressum à limine uidit,

I llius eximias lætus concesſit in ædes,
Q uippe coronatæ Veneris detentus amore:
Q uæ cum fortè recèns à patre Tonante rediſſet,
S ederat, adueniens petijt quum tecta Gradiuus,
A ccipiensq́ue manum Cythereæ, talia fatur:
Chara mihi ante alias, lecto recubemus: ab hocce
Nam populo Vulcanus abeſt, Lemnúmque profectus,
S intias agreſti ſtrepitantes uoce petiuit.
Hæc dicens, Veneri recubandi induxit amorem.
E rgo torum ingreſsi, ſomnum cepere: ſed illis
V incula Vulcani ſe circumfuſa dedere:
V t membra haud poſſent mutare aut tollere uincti,
N ullo poſſe modo ſe experti ſoluere uinclis.
D einde ſuperuênit ſic nexis Mulciber, ut qui
A ntè reuerſus erat, quàm Lemnia rura teneret,
A Phœbo monitus ſpeculato hæc ipſius ergô.
I n thalamum quare cruciatus corda rediuit:
V eſtibulóque adſtans, & multa uictus ab ira,
H orrendum inſonuit, ſuperos atque excijt omnes.
Iuppiter omnipotens, aliorum & numina diuûm
R idiculum inq́ue decens ut opus uideatis, adeſte:
V t me loripedem contemnit nata Tonante
C ypris, & accenſa eſt damnoſi Martis amore:
Q uandoquidem is pulcher, pedibúſque eſt integer, ipſe
D ebilior: cuius, qui me genuere parentes,
C auſa fuere mali: nec me genuiſſe profectò
D ebuerant. Nunc uos ut iuncti in amore quieſcant
I n lectis ſpectate meis: ego nanque uidendo
D iſcrucior: nec iam ſic poſſe quieſcere paulùm

Sperem

S perem ambos, quamuis sit mutuus ignis in illis.
A t somnum ut renuant, dolus hos ac uincla tenebunt,
D um genitor dotes reddat mihi Iuppiter omnes,
P ro nata accepit quascunque pudore carente.
N am formosa Ioui, sed non est filia prudens.
  Hæc ait: at superi uenêre ad tecta frequentes
F irma: uenit lati maris arbiter, utilis atque
M ercurius, curuóque timendus Delius arcu.
A st exire deas uetuit pudor ædibus omnes.
V estibulis igitur superi mansere, bonorum
A uctores: risum collectísque excijt ollis
V ulcani magna nexus dolus arte periti.
Q uæ spectans aliquis, propè stanti talia fatur:
  Quæ parit ars uirtúsque, haud sunt spernenda profectò.
A ssequitur lentus celerem, Vulcanus adeptus
V t Martem est, superûm licet ille celerrimus extet:
L emnius at claudus proin pœnas feruidus auget.
  Hæc illi inter se uario sermone serebant,
M ercurium alloquitur quum sic Ioue natus Apollo:
  Nate Iouis, largitor opum, interprésque deorum,
F ortibus an cuperes uinclis circum undique uinctus
C um Venere in pulchris dormire cubilibus aurea?
  Hæc Phœbus: cui sic diuûm internuncius ales:
O utinam hoc fieret, certa metuende sagitta,
T er totidem ut nexus uinclis ingentibus essem,
A tque omnes coràm me dijque deæque uiderent,
D um me formosa cum Cypride lectus haberet.
  Omnibus hæc dicens risum exijt, Ennosigæum
P ræter. is abstinuit risu, sempérque precari

Vulcanum ut Martem uinclis exolueret unus.
Haec ergo est olli uelocia uerba profatus:
Solue.ego polliceor quaecunque decentia poscis,
Cuncta soluturum cum dys tibi debita Martem.
Sic ait:ast olli claudus sic Lemnius infit:
Ne me complectens terram haec Neptune iubeto:
Nam mala sunt promissa malorum nomine sponsa:
Ipse ego quî ualeam cum dijs te nectere,soluat
Debita ni Mauors,abeat sed fortè solutus?
Tum Neptunus ei respondit talia contrà:
Debita ni reddat Mauors,Vulcane,solutus
Ast abeat uinclis,persoluam ipse omnia porrò.
Arbiter haec pelagi:redditque haec Lemnius olli:
Verba tua haud cuiquam liceat renuisse pudenter.
Haec dicens,uinclis exoluit Lemnius illos:
Qui postquam duris dempserunt membra catenis,
Threijcios Mauors confestim accessit in agros:
At risu gaudens Cyprum Cytherea petiuit,
Et Paphon:hîc diuae nam templum araeque calebant.
Ergo lauant illam Charites,oleóque perungunt,
Immortale deae quo par sit corpus inungi:
Vestibus atque ornant pulchris,mirabile uisu.
Inclytus haec cecinit uates:quae clarus Vlysses
Audijt oblectans animos,alijque beati
Phaeaces remis celebres,& nauibus apti.
At Rex ipse Haliúmque & Laodamanta seorsum
Dein saltare iubet:nanque ijs contendere nemo.
Ergo pilam manibus postquam cepere politam,
Purpuream,Polybus quam prudens fecerat illis,

Vmbrosa

V mbrosa hanc alter iaciens ad nubila misit,
S e retro incuruans: altérque elatus in altum
C epit eam antè, pedes solium quàm tangere possent:
S ícque pilam experti sursum de more fuere.
I nde super saliunt pascentem plurima terram,
M otu alternantes crebro, iuuenésque propinqui
P laudebant circum: strepitúsque est plurimus ortus.
T um sic Alcinoo generosus fatur Vlysses:
Inclyte regnator, populis celeberrime cunctis,
T e choreæ eximiè doctos mi ostendere dixti:
P ollicitis maiora facis: stupeóque uidendo.
Sic ait: Alcinous quibus est lætatus: & inde
P hæacum primis ait hæc, éque ordine lectis:
Phæacum audite hæc proceres, aliíque coacti:
E gregiè prudens hospes mi hic esse uidetur:
P roin illi hospitij nos munera grata feramus.
B is seni in populo Reges moderantur habenis:
T ertius ac decimus post quos ego iura ministro:
D et nostrûm uestem ac tunicam nuc quilibet olli:
E lecti posthac auri det quisque talentum.
Q uæ collecta simul fuerint, manibúsque prehendet
I lla suis hospes, cœnam mox lætus adibit.
E uryalus porrò uerbis ac munere sese
O lli conciliet, cui non est congrua fatus.
Sic ait: ast alij laudarunt dicta probantes:
P ræmittuntque omnes, ut ferrent dona, ministros.
T um regi Euryalus respondens, hæcce profatur:
Optime Rex, populos semper celebrande per omnes,
H ospitis accensam placabo, ut præcipis, iram:

N anque dabo huic ensem, capulus quem argenteus ornet,
C ontegit éque recens secto uagina elephanto:
D uxerit immenso dignum quod munus honore.
Argento hæc dicens ornatum porrigit ensem
L aërte genito: dein talia uerba profatur:
Salue hospes pater: & grauius si fortè locutum
A udisti uerbum, ferat id cum turbine uentus.
A t tibi dilectam uxorem patriámque uidere
D ij dent, quum à charis procul es mala passus amicis.
Hæc ait Euryalus: cui sic Laërtius heros:
S alue & tu, tibi dentque dei quæ poscis, amice:
N ec te huius desiderium pòst mordeat ensis,
Q uem mihi, me uerbis cupiens lenire, dedisti.
Sic dicens, humeris speciosum accommodat ensem.
S ol cadit hic, præstóque heroi dona fuerunt,
I nclyta quæ in Regis præcones tecta tulere:
E t nati Alcinoi capientes illa potentis,
E xtemplo matrem iuxta posuere uerendam.
H îc sese Alcinous ductorem præbuit illis,
Q ui sedere dehinc uenientes sedibus altis.
T unc hac Areten affatur uoce maritus:
Huc arcam Regina affer, quæque optima, lectam,
A tque intus nitidam uestem tunicámque repone.
V os calidas undas properate afferre lebete,
L otus ut hic hospes, quum cuncta reposta uidebit
M unera quæ Reges Phæacum huc lecta tulerunt,
O blectet mentem cœna, cantúque decenti.
I pse dabo hunc auro solidum crateráque promptè,
V t facti semper nostri memor ædibus altis

Hoc

Hoc libare Ioui ualeat, reliquísque deorum.
Sic ait. Arete ancillis tum candida iußit
Ocyus ingenti Vulcanum ſubdere aheno.
Aſt illæ tripodem ſtatuerunt igne lebetem:
Inijciuntque undam, atque accendunt ligna ferentes:
Itque ignis tripodem circum, lymphæque caleſcunt.
Arete ergo arcam ſpecioſam præbet Vlyßi:
E thalamo referens: tunc intus dona locauit
Phæaces quod ei dederant cum ueſtibus aurum.
Ipſa etiam ueſtémque dedit, tunicámque nitentem:
Talibus atque ultro uerbis affatur Vlyſſem:
Cratêrem huncce uidens nodo connecte reuinctum,
Ne quis eum læſiſſe uia queat ilicet, alto
Quum ſomno implicitus curuata in naue quieſces.
Quæ poſtquam effatam audiuit Laërtia proles,
Cratêrem inuoluit, uario nodóque reuinxit,
Quem dudum heroi monſtrarat dia Calypſo.
Tum labrum ingreſſum iubet illum proma lauari:
Qui calidas animo lætus mox contigit undas,
Quarum omnem durus pridem intermiſerat uſum,
Liquerat auricomæ poſtquam atria pulchra Calypſus,
In quibus aßiduo ſtudio dea fouerat illum.
Hunc igitur poſtquam famulæ lauere, perungunt
Inde oleo, ac tunicam dant huic & pallia circum.
Tum labro egreſſus, uinum qua parte bibebant,
Se tulit. Alcinoi ſedenim pulcherrima regis
Filia, conſpicui ſiſtens in limine tecti,
Laërte genitum mirata eſt inclyta cernens:
Talibus heroémque affatur uocibus ultro:

Salue:iámque mei in patria non immemor eſto:
Nanque mihi debes ſeruatæ præmia uitæ.
Hæc ait:atque olli prudens ita fatur Vlyſſes:
Nauſicaa, Alcinoi regis generoſa propago,
O utinam liceat reditu patriáque potiri,
Idque uelit ſummo qui regnat Iuppiter axe:
Nanque colam te illic ſupplex pro numine ſemper.
Me ſiquidem uirgo ſeruaſti à funere ſola.
Dixit, & Alcinoo ſedit uicinus.at illi
Diſtribuunt partes cuique,infunduntque Lyæum.
Hiſque ſuperueniens cantorem adducere præco
Demodocum populo charum,quem collocat aptè
Conuiuas inter:ſtatuit iuxtáque columnam.
Præconi hæc autem fatur Laërtius heros,
A dorſo abſcindens primùm(nanque illa relicta
Pars Suis extabat,pingui circundata multo)
Accipiens agedum cantori hæc porrige præco
Demodoco:hunc etenim,quanuis afflictus,honoro,
Quandò homines inter meritò reuerentia uates
Atque honor inſequitur:nanque illos carmina Muſa
Edocuit,uatúmque genus dilexit amicum.
Sic ait.accipiens præco proin porrigit illa
Demodoco:lætis animis qui munera ſumpſit.
Hîc epulis palmas olli admouere paratis.
Poſtquam exempta fames,& amor compreſſus edendi,
Plurima perpeſſus ſic uatem affatur Vlyſſes:
Demodoce, ante alios dignum te laude putarim,
Quum te uel docuit Phœbus,uel Muſa Tonantis
Filia:nanque canis Graiorum fata decenter

Quæ ſunt cunque auſi, uel quæ ſubiere ferentes,
Non ſecus atque ipſe adfueris, auditáue narres.
Duratei ſed equi ſtructuram concine porrò,
Pallade quem monſtrante dolum, conſtruxit Epëus,
Clarus at in ſummam duxit Laërtius arcem,
Hiſce implens, Troiæ qui mœnia ſubuerterunt.
Quòd ſi uera iſtæc narraueris, utque decebit,
Omnibus extemplo referam mortalibus audax
Diuina edocuit deus ut te carmina promptè.
Sic ait. at uates impulſus numine cantum
Incipit, ut reliqui bene ſtructa claſſe Pelaſgi
Diſceſſere, igni nota in tentoria iacto:
Laërte at genitus, reliquis comitantibus, alto
Tectus equo, Troum ſediſſet in agmine denſo,
Qui molem ingentem ſumma prius arce locarant.
Cum ſic ſtaret equus, uana effudere ſedendo
Propter eum Troës triplici ratione monentes,
Scindere ſiue cauas ferro & tentare latebras,
Seu per ſaxa grauem demittere ab arce trahentes,
Vel ſimulacrum ingens placamina mittere diuûm.
Perfectum nanque hocce dari ſic debuit ollis,
Supremum excidium Troiæ quum fata paraſſent,
Quæ cepiſſet equum, cuius reſideret in aluo
Lecta manus Graiûm, cædem hoſtibus illatura.
Tum canit ut fuerint populati ſcilicet urbem,
Quos effudit equus Graios, uacuæque latebræ.
Hinc alios alibi Troiam uaſtaſſe canebat.
At Laërtiaden, cúmque hoc Menelaon adiſſe
Deiphobi celſas ædes, ubi fortis Vlyſſes

Gradiuo similis durißima prælia paßus,
Pallados auxilio tandem superauerat hostes.
Inclytus hæc uates cecinit, Laertius atque
Consumens animum lachrymis, mœsta ora rigabat.
Ac ueluti mulier flet circumplexa maritum
Qui cadit ante urbem pugnans, populósque uidentes,
Dum charos natos audax patriámque tuetur,
Illa quidem spectans morientem, ut palpitat, altè
Stridet eum circum lugens, hostilia tergum
Agmina sed pulsant hastis, humerósque, trahúntque
Captiuam, & miseros hausturam deinde labores,
Illa genas lacerat miserando exterrita casu:
Sic oculis lachrymas mœstus fundebat Vlysses:
Nec tamen hunc flentem Phæacum aduerterat ullus
Alcinoum præter: sedit nam proximus olli,
Altáque ducentem audiuit suspiria primus.
Remorum gnaris quare Phæacibus infit:
Phæacum hæc audite duces, qui sceptra tenetis:
Demodocum cithara par est cessare canora,
Quandoquidem grata hæc non omnibus omnia cantat.
Cœna ut subducta est, mouítque hæc carmina uates,
Ingenti noster luctu non destitit hospes.
Illius immensi tetigerunt corda dolores.
Proin finem faciat, cuncti ut conuiuia læti,
Lætus & hic hospes celebret: quod præstat, opinor.
Nam præstò iam sunt uenerandi hæc hospitis ergô
In patriam reditus, collatáque dona benignè.
Fratris quippe loco est hospes, cumque hospite supplex
Factus ei qui uel paulo cordatior extet.
Iccirco neque mi uersutè callidus abde

Q *uæ te cunque rogo:melius nam pandere cuncta est.*
D *ic nomen quo te materque paterque uocabant,*
A *tque alij in patria ciues,patriæque propinqui.*
N *ullus in orbe etenim uiuit sine nomine,non si*
S *it bonus aut malus is,quum luminis exit in auras:*
N *omina sed cunctis dant quum genuere parentes.*
T *erram urbemque tuam nobis populúmque referto,*
V *t te illuc ducant seruantes mente carinæ:*
N *anque gubernator Phæacum haud nauibus ullus,*
N *ec temo,aut quæcunque alijs sunt nauibus apta:*
I *psæ animos nouere hominum,& quæ mente uolutant:*
C *unctorúmque sciunt urbes,agrósque feraces:*
P *érque fretum uolitant immensum præpete cursu,*
A *ëre contectæ nebuláque,nec ilicet ipsæ*
S *cindier aut metuunt,incommodáue ulla subire.*
N *austhoum at memini quondam mihi ferre parentem,*
N *eptunum iratum Phæacibus esse,quòd ipsi*
N *auibus incolumes deducere sueuimus omnes.*
Q *uin monuit nauem Phæacum,à munere noto*
D *um reditum caperet,fracturum hunc esse profundo,*
I *ngentem ut nostræ murum circundaret urbi.*
H *æcce pater cecinit:quæ dent perfecta potentes*
C *ælicolæ,aut potius(si gratum est)irrita mittant:*
T *u tamen ista refer:nec te mentirier æquum est,*
I *n quibus erraris terris,ad quæque tulisti*
T *e loca,quas urbes,homines quos uideris errans,*
D *ic age,quique rudes,duríue,nec æqua ferentes*
H *ospitibus,quinam faciles,animisque benigni.*
C *ur luges?cur te interius dolor occupat ingens,*

C um Troiæ fatum, atque audis mala fata Pelasgûm?
Q uæ fecere dei, generi mortémque pararunt
H umano, ut ueteres sint carmina grata nepotum.
A ffinísne perit tibi fortè sub Ilio alto?
A n gener? ánne socer? quósque ut non parua sequatur
C ura, genus causa est, itidémque & sanguis eorum?
A' nne aliquis socius tibi charior occidit? oro:
N am fratre inferior nec peior scilicet ille est,
Q ui prudens animi socius sit cognitus ulli.

FINIS.

FRANCISCO VALESIO GALLIARVM REGI EXCELLENtiſſimo Franciſcus Floridus Sabinus S. P. D.

SAtis ſcio, Rex præſtantiſſime, nõ defuturos, quibus ſuſcepta à me reddendorum Homeri poëmatum Latinis carminibus prouincia, nimis ardua, ac nõ facilè ſuſcipienda fuiſſe uideatur: nam eiuſmodi opera in ſummo excellẽtiæ gradu poſita, ſuſpiciẽda potius, quàm hoc pacto attingenda eſſe, (ne quis fortè ea ex optimis Græcis peſſima Latina reddat) & qui id auſus fuerit, nimiũ ſuis uiribus detuliſſe exiſtimari debere, quũ ea ſibi ſucceſſura in animo concipiat, quæ antiquorũ nullus prorſus attigerit: recẽtiorũ uerò permulti, & illi quidem doctiſſimi, cũ ad id ſe negocium accinxiſſent, difficultatis magnitudine perterriti, aut ab opere deſtiterint: aut pro ſumma laude ſummũ ſibi dedecus cõparauerint. Quicunque tamen meum inſtitutum ex immenſa quadam in Homeri ſcripta amoris abundantia emanaſſe intelliget, illud neutiquam, ut opinor, omnino improbandũ duxerit. quanquam nec illam nobis normã à ueteribus præſcriptam eſſe putem, ut quæ ipſi non tractarunt, nobis minus integra reliquerint: neque recentiorũ exẽpla, quibus huiuſmodi conatus ex uoto minimè ceſſerit, ita nos deterrere debeãt, ut quæ illi aſſequi nequiuerint, neque nobis quidẽ ſucceſſura ſperare poſſimus. Pleraque etenim ab antiquis non tentata, ſic noſtris tẽporibus tractata uidemus, ut nihil in eis uel ipſa antiquitas ſit deſideratura: & quæ à quibusdam ſine laude

incepta fuerunt, ab alijs postea magna cũ gloria ad summum deducta sunt: quorũ plurima exempla hoc loco adducerem, nisi eorum censuras qui ex tam futilibus coniecturis de aliorum scriptis sententiam ferre solent, anilibus deliramẽtis insulsiores esse existimarem. Quænã est enim maior impudentia, quàm ipsas res, quanti sint faciẽdæ, nolle accuratius perspicere, sed friuolis potius leuissimisque argumẽtis quicquam aut probare, aut improbare? Neque hoc ideo dictum uelim, quòd omnes qui nostra hæc legerint, eadem sperem probaturos: cum plerisque ne ipse quidẽ Homerus aut Virgilius satisfaciat: sed quòd eos magnopere uituperãdos arbitror, qui siue errent, siue maximè sapiant, non possint, quare eorũ alterutrum faciant, certis rationibus ostendere. qui ut interim ualeant, non defuerint, nisi fallor, quibus mirũ uideatur, me, postquam utrunq; Homeri opus Latinis carminibus reddere decreuerim, non potius ab Iliade, quàm ab Odyssea esse auspicatum, cum illa (ut alias causas taceam) magis hominum manibus teratur, quàm altera. Hi autẽ sic accipiant, me semper in ijs quæ tractãda suscepi, quæcunq; illa sunt, id in primis curasse, ut nullum, quoad eius fieri posset, calumniãdi locum nasutis relinquerẽ. Cum enim plerique Iliadi manus sint admoliti, Odyssea certè omnibus adhuc intacta supererat. Proinde etsi principio à uertẽda Iliade ducto, plus mihi fortasse ex eo labore laudis comparassem, q̃ aliorum quisquam qui hactenus scripserint: non dubiũ est eiusmodi cẽsores confestim fuisse dicturos, aliorum laboribus aliquid politius, limatius, absolutiúsque addere, perfacile esse. de qua re, quum Odysseam absoluero, mihi dubitandum non erit. Cæterùm dum alijs uellicãdi ansam eripere studeo, maiorẽ mihi negocij uim

cij uim difficultatemq; comparaui. Enimuero cum Ilias circa altiora uersetur, ut paulo ampliorem heroici carminis maiestatem desideret, simplicior tamẽ est, & cui Latinæ phraseos grauitas longè magis q̃ Odysseæ accommodari queat. Hæc siquidem miris modis uaria est, omnésque persequitur minutias: quarũ si non Latina lingua, Latina certè poësis est pauperrima: quod facit ut nullo ferè pacto te illis lucẽ dare posse speres. Huc accedit, quòd si ab Iliade initiũ duxissem, nõ pauca loca à P. Virgilio (quẽ mihi unicũ hoc in opere ducem proposui) elegãtissimè tractata, Virgilianis carminibus potuissem exprimere: quod in Odyssea infrequẽter admodum mihi usu uenisse didici, nisi quòd Protei figmentum aliquot Maronis carminibus illustrare ualui. Neq; enim quum unũ aut alterũ carmẽ ex diuinis eius scriptis, idq; diuersissimis locis, in mea interserere quiuerim, tanto mihi usui cessit, quãto si integra loca Virgilianis numeris, hoc est absolutissimis, dignè ac pro poëmatis maiestate reddere potuissẽ. Quæ cum ita se habeat, illud etiam mihi diligẽtissimè erat cõsiderandum, quónã præcipuè exemplo diuinũ hoc poëma latinè redderem: nec quicquam mihi se hac in re satis firmum offerebat. P. siquidem Virgilius, qui solus mihi Latinorũ heroici carminis maiestatẽ, aliósq; ornatus, ut Græcorũ Homerus, exactè reddidisse uidetur, nullam mihi in summa operis tractandi lucem afferebat: cum ipse non Homeri se interpretem, sed æmulum profiteatur: quæque latinè ex Homero reddit, plerunque aut magis exaggeret, aut contrahat magis: quod in interprete magnopere esset uituperãdum. Supererat mihi igitur ex ueteribus, Horatij de hac re præceptum, si modò illud est præceptum, quod in arte poëtica proponit, dum tres

primos Homeri Odyssee uersus duobus ipse Latinis reddit: in quibus tamen cum Homeri sensus non plenè mihi explicatus uideatur, non modò in cæteris id præscriptum sequi non libuit, sed ne sic quidem ut ille fecit, eos Odysseæ uersus reddere uolui: quod alij pleriq; Horatium eius rei auctorem proferentes fecissent. Cum igitur multis modis eius rei periculum facerem, nullum uertendi genus magis re ipsa Homero conuenire comperi, quàm si omnes eius sententias totidē carminibus explicarem. Id enim eò mihi redire uisum est, ut si quid fortasse in Homero redundaret, quod Latinæ Musæ Græcis multo seueriores respuerent, modestè illud cōtrahēdo, eodem, qui Homeri carminum est, numero, integrum me eius poëtæ sensum reddere pösse expertus sim. Quod quãuis mihi difficillimũ fuerit, nec quẽquã uiuere putem, qui idem aut simile opus eodẽ instituto absq; maximis sudoribus reddere queat, ingenuè tamen asserere nõ dubitauerim, nisi mihi integrum ubique Homeri sensum ita explicasse uiderer, ut non aliter facturus fuerim si latius fuissem diuagatus, aut si quã ex ea re meis carminibus uel obscuritatem uel duritiem afferri animaduertissem, nequaquã me fuisse dubitaturum quod uno carmine ab Homero dicitur, duobus aut tribus etiam reddere. Verùm quòd in octo quos iam uerti libris, id mihi ex animi sententia cessisse cognoui, in eo me instituto perseuerasse nondum pœnituit. At nouũ est superstitionis genus, dixerit quispiã, neque ab ullo unquã usitatum. Ego uerò an alijs ignotũ inexpertúmue fuerit, non laboro, dũ integros mihi poëtæ quẽ interpretandũ suscepi, sensus expressisse fateãtur, qui defecato animo mea legerint. Iam quòd aliqua me in Homero contraxisse dixi, ad poëtæ sententiã non pertinet, sed

tinet, sed ad quandam, qua ille exuberat, uerborum copiam: quæ si singula exprimere uoluissem, haud dubiè cõtra ea cõmisissem, quæ Horatius *præcipit, quum fidum interpretẽ, ut uerbum uerbo reddat, laborare nõ debere admonet.* Neque *enim id mihi unquam fuit propositum, quod* Andreæ Iustinopolitano, *qui in usum puerorũ indoctorúmq; simile quippiam fecit: uerùm ut quæ ab* Homero *dicerẽtur, totidẽ ubiq; latinis uersibus à me reddita in lucem prodirent.* Quod *si doctis probabitur, ut maior mihi hoc in negocio labor fuerit exhauriendus, lætioribus certè auspicijs me id assecutum plerique asserent, quàm hos, qui dũ* Homeri *sententiam explicent, nullo in loco ponunt, uel si* Homerũ *multis carminum millibus superent: quo nihil absurdius mihi posse fieri uidetur.* Iam *enim quum tot uerba eodem aggerunt, quũ sibi longius diuagari licere putant, nihil minus referunt quàm eum poëtam quem interpretandum susceperunt.* Verùm *cum suo quisque per hoc pelagus uento nauiget, suam cuique sponsam, mihi meam.* Porrò *autem in exprimendis* Homeri *epithetis eo temperamento sum usus, ut quæ cum* Latina *uenustate reddi posse censuerim, diligẽter exprimerẽ, multa item multis rationibus omitterem.* Nonnulla *enim quæ reddi potuissent, quòd frigidum quippiam in* Latino *carmine & infacetum sonarent, aut omisi, aut pro ijs alia posui: quale est, uerbi causa,* νῆας ἐΐσας: *quod epitheton propriè aut æquales aut congruas significat: quorum tamen in poëmate* Latino *neutrum admodũ probaris.* Quædam *sunt quæ uix magno uerborũ ambitu explices, ut illud,* ἔχον πεμπώβολα χερσίν: *per quam uocem uerua quinque ordines habentia significantur: quod uix duobus* Latinis *carminibus assequaris.* Sed *neque*

K

satis rectè φώκας νέποδας in Latino uersu accõmodes, uel si eas paruipedes, aut pedibus carentes uertas: neq; νέας κυανοπρώρους, uel in soluta oratione absque Oedipo cõiectore exprimas. Sũt & quæ proprio nomine apud nos carẽt, ut ἀκμόθετον: quæ uox, lignum sustinẽs incudem, significat: tamen eam in Latinum carmen absque risu nequaquã intrudas: quorum similia in Homero infinita deprehendas. in cuius poëmatibus licet ea sint admirãda, in Latinũ carmen feliciter includi nequeunt. In ijs ergo & similibus modũ seruaui, ut nec omnino illa, si fieri posset, præterirẽ: neq; in ijs reddẽdis ultra decorũ laborarẽ. nã quæ toties Homerus inculcat, εὐρύοπα, & νεφεληγερέτα ζεὺς, γλαυκῶπις ἀθήνη, εὔσκοπος ἀργειφόντης, λευκώλενος ἥρη, & horũ similia quãplurima sic itidẽ distinxi, ut sæpius repetita fastidiũ non parerent, neque tamen prætermissa uiderentur. Nec enim dubium est quin sæpenumero ijs frequentius utatur Homerus, quòd eorum ferè singula singulos cõcludãt uersus. Cæterùm quandocunq; aliquam poëtæ sententiã magis propriè illis ostẽdi animaduerti, nullo modo mihi ea, (quoad eius fieri posset) prætermittenda duxi. Ac si eundẽ plurima quandoq; eidem rei epitheta addere cõperi, si ea latinæ phrasi elegantius possent accommodari, & ipse cuncta expressi. sin minus, ita opus distinxi, ut quæ uno loco præterissem, de eadem re agens alibi reddiderim, hoc pacto auctoris sensum explicans, & uocum coaceruationem effugiens. Quæ pro rei magnitudine quambreuissimè attingere uolui, ne quis quod cõsultò feci, per inscitiam à me factum ariolctur. Sanè uerò quod ad carminum structuram attinet, ante omnia operã dedi, ut pro mei ingenij captu accuratè illa expolirẽ, summam in primis facilitatẽ seu per-

spicuitatem

ſpicuitatem cōſectatus. Sed & data opera alijs nonnunquam epithetis quàm Homerus faciat, uſus ſum, ut aliquam carmini gratiam conciliarem. Vix enim credi poteſt quantum ornamenti una dictio poëticæ ſtructuræ aut dare aut adimere queat: cuius rei P. Virgiliū ante alios omnes ſtudioſiſſimum fuiſſe, uel ex eo intelligimus, quòd nominum plerunque genera contra Grammaticorū ac Latinæ linguæ præcepta immutat, uel quum Phaëthontiadas amaræ corticis muſco circundat, ne ſi amari poſuiſſet, omnem uerſui gratiam ſubtraheret: uel quum à rituum & cerimoniarum fide recedit, fœdera ſacra porca iuncta fuiſſe dicens, cū porco fierent. Tantum abeſt ut Seruium grammaticū ullo iudicio fuiſſe putem, qui Virgilium à Criticis reprehendi iure putet, quòd cū Homerus Odyſſeæ X I. στυγερὴν ἐριφύλην appellet, quæ uox odioſam ſignificat, aut odio dignā: ipſe in V I. Aeneidos mœſtam Eryphylen uocauerit. In ſimilibus igitur (quæ tamē in me toleranda eſſent) Virgilium uolens imitatus ſum: quanquam & operis difficultas me plerunque ad ea protraxerit. Nam & eundem ſecutus auctorem, proceleuſmatico non ſemel, tribracho nō ita frequēter, iambo perrarò ſum uſus, idque in ijs locis ubi ſedem habere poſſunt: trochæo tamen atque anapæſto abſtinui: ne fortè quæ Virgilio licuerint, cūcta mihi etiam licuiſſe temerariè perſuaderem. Ad hypermetra etiam quandoque me carminis ratio adegit, ad tmeſin paulo frequentius. Quæ licet pleriſq; poëſeos uitia uideantur, magnam tamen illi gratiam conciliant, uel ipſo Virgilio teſte, qui cum non Homeri ſe interpretem, ſed æmulū (ut dixi) profiteretur, in ſuo opere, ſui iuris ſcriptor, eorū permulta uitaſſet, niſi mirificè poema exornarent: quod & ecthlipſis & ſyna-

læpbe ſæpenumero præſtãt, & ſpondeus in quinto loco poſitus: quæ maiorem grauitatem maieſtatémque uerſui afferre apparet. Earundem nanque ſyllabarum comploſionem, quam Cacophaton parere Grammatici tradunt, & Grammaticis lõgè melior Fabius Quintilianus eſt auctor, (quum uidelicet ab ea ſyllaba dictionẽ incipimus, qua ſuperior finitus eſt ſermo) nec ipſe quidẽ Virgilius in carmine, neq; M. Tullius in ſoluta oratione uitare potuerunt, ſicut neque fieri ferme poteſt, ut paragogen in carmine uitemus: quãuis & ipſa magnum perſæpe decorem illi afferat. In eorundem autem carminum repetitione (quæ unius Homeri propria eſt, & ſimplicem quandam redolet uetuſtatem, quæque nõ ideo probatur, quòd Homerus ea frequentius utitur, ſed iccirco prorſus non reijcitur, quòd multis magniſque illius uirtutibus eſt intermixta) ita mihi temperare conatus ſum, ut interpretis officio non ſine Latini poëmatis ratione fungerer, hac quoque in parte Virgilium ſummi iudicij poetã ut plurimum ſecutus: tum demũ mihi ipſi ſatisfeciſſe uiſus, quum Virgilij me exemplo tutari ualeam. Nam reliquos quanuis doctiſſimos uiros, qui aliquot Homeri carmina diuerſis in locis uerterunt, prorſus relinquam, niſi eos ſummum in illo opere ſcopum attigiſſe uiderim. A quo ne M. quidem Tullium noſtræ eloquentiæ deum excluſerim, qui cum Sirenum cãtilenam ex Odyſſeæ duodecimo Latinis carminibus reddiderit, in eadẽ exprimenda mea Minerua uti decreui. In quo non deerunt ſcioli, qui me hoc nomine impudẽter accuſent, quòd tanti uiri auctoritatem ſequi noluerim. Vt tamen etiam ad rauim pro ſuo arbitratu parùm id rectè à me factũ exclamẽt, nunquam tamen mihi perſuaſerint, M. Tullium ita in carminibus

nibus

nibus enituisse, ut posteris eorum uertẽdorum normam, eámque non prætermittendã reliquerit: Arati *siquidem* Phæno*mena nollem uertere ut ille fecit: & quæ ex tragœdijs plerunque latinè reddit, multis uiris doctis non adeò probantur, quin nostris temporibus uixisse & uiuere credant, qui in eodem argumento sint illo feliciores.* De *qua re ut plura nõ dicam, sicubi uacillaui (nec enim fieri potest ut quisquam ubique sapiat) non dubito quin ueniam erratorum à doctis sim impetraturus, et ab ijs præsertim, qui per se, quãti sit momẽti aliena subire iudicia, experti sunt.* V*erè enim ac elegãter inquit* Horatius *in arte* Poëtica,

> *Sunt delicta tamen, quibus ignouisse uelimus:*
> N*ã neque chorda sonum reddit, quẽ uult manus & mẽs:*
> P*oscentíque grauem, persæpe remittit acutum:*
> N*ec sẽper feriet quodcunque minabitur arcus.*

E*t ipse de quo egimus* Cicero, *plerunque suum erratũ agnoscere, &* μνημόνικον ἁμάρτημα *fateri nõ erubescit.* N*ec solum id in simplicibus tãtùm locis, sed in integris persæpe argumẽtis fecit, quũ sua scripta posterioribus scriptis cõfutauit.* D*emum quid mirum me interpretem aliquando errasse, quum ipsum quem interpretor auctorem, quandoque dormitasse prodat* Horatius? P*roinde te,* R*ex optime atque excellentissime, enixè oro atque obsecro, ut nostros hos labores æqui boníque consulas: illúdque cogites, non pauca mihi impedimenta, dum hac in arena uersarer, fuisse oblata.* V*ix enim in eam pedem intuleram, quum* Alexãder Farnesius *Cardinalis ad te,* C*arolumque* C*æsarem à* Paulo III *summo pontifice de summa rerum* C*hristianarũ legatus missus in* G*alliã uenit: cui dum pro officij iure frequentius adessem, per totum*

id temporis ſpatium, quo ille iniuncti oneris prouinciã geſſit, ſuſcepti operis curã prorſus deponere coactus ſum: nec multò pòſt magni tumultus bellici inſtrepuerũt, quibus nihil Muſis magis eſſe contrarium compertum eſt. Nunc autem quoniã pax inter te Carolúmq; Cæſarẽ haud ſine dei optimi Max. nutu firmata eſt, perpetuámque propterea inter Chriſtianos tranquillitatem fore ſperamus, erit cauſa cur me ad hoc negocium totis uiribus accingam, ac utrunque tibi Homeri poëma Latinis carminibus eodem hoc inſtituto reddere adnitar. Vale.

EMENDATIONES.

In epiſtol. pri. pa. 6. b. uerſ. 26. uulgatus. In eadẽ epi. pag. 7. uerſ. pen. mitias. Fol. 1. b. uerſ. 20. Aegiſthus. 3. a. 4. ſedentum. 5. b. 17. afforet. 8. a. 5. lege. 11. a. 9. ſuperent. 13. b. 27. quas. 15. a. 10. ctis mo. a. 29. iura. 15. b. 13. His actis Phronio puppémque Noëmona cretum. 22. b. 18. excipiãt. 28. a. 26. Quicquam. 32. a. 1. miniſter. 33. a. 1. ſouitq; iuuamine magno. b. 6. hecatombes. 37. a. 26. chari. 41. b. 14. quum. 42. b. 5. tibi. 45. a. 14. hauſturũ. 48. a. 17. Quæ. a. 19. uerat arbor. a. 23. poſſet. 52. a. 20. quibus & . 54. a. 6. Verberat. a. 23. His precibus. 55. a. 23. Peribœam. 60. a. 1. dedêre. a. 10. ſerebãt. 64. a. 4. iacturos. 67. a. 19. nunc. b. 1. ornat. Fol. 46. b. uerſ. 17. & 18. Ceſſauit Boreas, uenti & poſuere, ſinentes Tranquillum pelagus.